

## ARTICVLVS I.

REFELLITVR OPINIO EXISTIMAN-  
tium naturaliter posse.

Quoniam in disputatione de loco sumpsit Aristoteles fieri non posse, ut corpora simul essent, quod nonnulli in controuersiam vocarunt; ea de re in presentia differemus. Duæ igitur sese offerunt extremæ sententiæ. Altera quorundam, quos refert Alexander in opusculo de mixtione, & Fernelius 2. lib. suæ Physiologiæ cap. vltimo aientium posse duo corpora, etiam viribus

Hos sequitur  
Ioanes Pro-  
uēzallis qd. 5.  
q. 7.

naturæ, in eodem loco esse, quorum placitum hisce argumentis videtur probari posse. Primum, quia in ferro candenti corpus ignis per ferrum meat. Item, quia cum panis in aquam iniectus madescit, aqua totam panis substantiam quoquouersum subit. Præterea, quia vas plenum cinere tantundem aquæ recipit, quantum si inane sit, nec ob aliam, ut videtur, rationem, nisi quia aqua cinerem ipsum intimè peruadit, & in eodem situ cum eo manet. Cui etiam simile est, quod aquæ cyphus ad summa labra plenus nummos excipit, nec effunditur; additis, inquit Plinius lib. 2. c. 62. ponderibus ad vicenos sæpe denarios.

Cæterum hæc sententia omnino à vero abest, reclamatione contra eam experientia. Siquidem constat corpora omnia sese mutuò pellere, nec vnum nisi altero abscedente alterius locum subire; idque videmus non solum in corporibus concretæ, crassæque substantiæ; sed etiam in tenuioribus, ut in aqua, & aere, indicio clepsydram, quæ infernè aquam sursum rapiunt, quam certè rapere non possunt quandiu aere sunt plenæ; sed cum per foramen superius aer, qui intus est, inspiratione attractus subintranti aquæ locum dat.

Causam verò cur vnumquodque corpus aliud à suo loco excludat, nec secum esse patiat, inquit D. Thomas super Boetium de Trinitate in quæstione de causa pluralitatis art. 3. profertque ea de re diuersas Philosophorum sententias. Sed omisis controuersijs, pro certo habendum est ex doctrina Auicennæ in sua suffic. ratione eiusmodi exclusionis petendam ab eo, quod occupandi locum, certumque in ipso situm habendi, causa est. Ab eodem enim fonte prouenit & quod res loco, ac situ circumscribatur, & quod aliam ad sui consortium non admittat. Id autem nec materia est, nec forma; quia hæc per accidens se habent ad locum; sed quantitas trifariam dimensa (nam duæ superficies in eodem situ esse possunt) cuius beneficio res materia præditæ extensionem alterius corporis expultricem sortiuntur. Quo autem modo huiusmodi effectus à quantitate oriatur proximo sequenti articulo exponemus.

Lege Richa.  
quodl. 2. q. 15.

Nunc

Sententia arbitrium posse duo corpora vi nature se mutuò penetrare.

1. argum.

2.

3. Aquæ plenus Cyathus aureos excipit.

Cōfutatō su-  
perioris sen-  
tentię.

Cur duo cor-  
pora nō pos-  
sint simul, ef-  
se.  
Varię opini-  
ones.

Possunt duę  
superficies ef-  
se simul.



De ferro igni  
to lege que  
scripsit D. Th.  
super Boet. d.  
Trinit. in hac  
quest. Capreo  
lus in 4. d. 44.  
q. 3. art. 3. Palu  
danus ibidem  
art. 2. Maior. d.  
49. q. 9.

Nunc argumenta paulò ante proposita diluamus: quæ nihil omnino exhibent negotij. Nam neque in ferro candenti ignis substantiam ferri permeat, (etsi ob multitudinem caloris in tam densa & compacta materia ita videatur) cum in eo quandiu forma ferri est, ignis forma non sit. Neque item panis madens ab aqua penetratur; sed huius partes intra illius meatus excipiuntur. Neque ideo tantundem aquæ in vas cinere plenum reconditur, quantum in vacuum; quod ibi detur corporum penetratio; sed quia cinis aquam ipsam in vaporem, halitumque soluit, cum quo & cineris partes aliqua exhalantur, nêpe tenuiores & calidiores. Atque hæc solutio est Aristotelis in problematis section. 25. probl. 8. & Eudemii in 3. Naturalium. Additque Aristoteles in cinere complures esse meatus, quibus aqua sese insinuat, & addensat, facta particulatim constipatione: itaque cinerem collabi, & subsidere, atque humorem per caua, & sinus excipere. Ad aliud de cypho, dicendum immixtis nummis non effundi, quia partes aquæ in cumulum ad medium intumescunt cohibente liquoris fluxum labiorum cyphi siccitate, quæ si madescant, mox dilabatur aqua.

Soluti

2.

3.

Cinere pleni  
vas cur aquæ  
tantum reclu-  
pit, ac vacui.

4.

## ARTICVLVS II.

**CERTVM ESSE POSSE DVO COR-  
pora virtute diuina eodem loco  
simul existere.**

**P**ROfligata eorum opinione, qui duo corpora naturæ facultate in eodem loco simul constituebant. Sequitur nunc altera extrema sententia eorum, qui id ne diuina quidem virtute fieri posse autumant, quæ hunc in modum videtur probari posse. Non minus repugnat duo corpora, quàm plures eiusdem corporis partes simul existere; sed hoc ita repugnat vt nullatenus fieri queat; ergo & illud. Minor suadetur, primum, quia ad quantitatis essentiam pertinet habere partem extra partem; quod haud sanè quidem seruabitur, si partes in eodem situ maneant. Secundò, quia alioqui possent partes alicuius corporis supra se ad vnum aliquem situm ita replicari, vt, verbi gratia, totum brachium digito includeretur, sicque totum non iam excederet suam partem, quod contradictionem inuoluit.

**1<sup>a</sup>** Nihilominus contraria sententia, quæ statuit posse duo corpora diuina virtute in eodẽ loco manere, adeò certa est, vt de eâ Christiano Philosopho dubitare non liceat; cum sacra nos doceant oracula Christum illæso Virginis matris utero natum, clauso sepulchro

Qq 2

surre-

Lege Durād.  
in 4. d. 44. &  
Paludanū q. 3.  
art. 3.

a. Hæc tuerur  
d. Thomas 3.  
p. q. 54. art. 1.  
& in 4. d. 44.  
q. 2. art. 2. Hen-  
ricus Gand.  
quodl. 9. q. vl.  
Scotus in 4.  
d. 49. q. 16. D.  
Bonau. ibidẽ  
in 5. princip.  
q. 1. Ric. in 4.  
princip. q. 5.  
Capr. d. 44. q.  
3. art. 3.

Argumētū  
pro parte ne-  
gatiua.

Conclusio



Confirmatur  
patrum sen-  
tentia, & au-  
thoritate.  
Leon.  
Cyril.  
Greg.  
Elych.  
Damasc.  
August.  
Iust.

Difficultas in  
proposita asser-  
tione.

Essentia quan-  
titatis.

Affectiones  
consequentes  
naturam qua-  
ntitatis.  
Commensu-  
rari spatio.  
Replere locū.  
Distingui si-  
tu.

In Sacra Eu-  
charistia di-  
mensio cor-  
poris Christi  
est tota in  
qualibet par-  
te specierum.  
Opinio Sco-  
ti.

Quantitati ni-  
hil contrariū

surrexisset, & ad discipulos obseratis ianuis ingressum, & denique dum ad Patrem ascenderet caelestia corpora penetrasse: quæ omnia ex Patrum sensu, & interpretatione constat ita potentiae diuinæ miraculo accidisse, vt duo corpora sese permearint, eodemque in loco simul extiterint. Id nimirum præter alios testatur Leo magnus sermone 2. de Natiuitate. D. Cyrillus Hierosolymitanus in oratione de Christi occurſu, & Simeone. D. Gregorius in homilia quadam de octaua Paschæ. Elychius homi. 2. de laudibus Virginis. D. Damascenus 4. lib. fidei orthodoxæ cap. 19. D. August. tum alibi, tum libro de quinque hæresibus aduersus Manichæos & libro 22. de ciuitate Dei cap. 8. D. Iustinus martyr in quæstionibus gentium quæstione. 117.

Porro autem licet Theologi doctores nostram assertionem communi assensu tueantur; dissidium tamen, difficultasque non parua est in explicando quidnam virtus diuina præstet, quid exhibeat, subtrahatur, cum duo corpora eodem in loco ponit. Ad huius ergo rei intelligentiam aduertendum erit essentialem, ac propriam quantitatis rationem consistere in extensione partium, hoc est, vt quantitas ipsa in ordine ad se habeat partem vnā extra aliam: vnde sicuti effectus formalis candoris est reddere, verbi gratia, niuem candidam; ita effectus formalis quantitatis est extendere partes materiæ, easque in toto ipso inter se ordinare, ac distinguere. Hanc autem primænam quantitatis rationem aliquot Physicæ proprietates consequuntur: videlicet (vt cæteras, quæ ad rem præsentem non faciunt, omittamus) commensurari spatio, ita vt singulæ eius partes singulis partibus circumfusæ superficiæ respondeant. Item replere locum; & distingui situ à quacunque alia quantitate: quæ affectiones primò quidem ipsi quantitati, tum eius beneficio corpori, cui inheret, accommodantur.

Quod ergo ad primariam illam rationem attinet planum est non adimi eam diuinitus quantitati, cum duo corpora in eodem situ locantur: alioqui admittendum foret quantitatem à natura sua deijci. At enim neque ei tunc commensuratio ad proprium locum aufertur. Namque tametsi constare sine hac quantitas valeat (vt patet in diuina Eucharistia, vbi corporis Christi dimensio superficiæ panis non adæquatur, sed tota in tota, & tota in qualibet parte specierum existit) tamen cum duo corpora sese penetrant vtrunque loco continetur, vtriusque partes loci partibus respondent. Circa alteram verò proprietatem, quæ occupatio, repletioque loci dicitur, controuersia est. Scotus in 4. d. 49. quæstio. 16. hunc in modum ratiocinatur. Duæ quantitates non pugnant inter se contrarietate formali: sic enim quantitati aduersarium nihil est, vt in eius categoria Aristoteles docet; pugnant tamen virtute, quatenus geminam efficiunt spatij repletionem, quarum altera cum locus, quantum repleti natus est, occupetur, non potest quan-

De hac re D.  
Tho. in 4. d.  
10 q. vnic. ar.  
3. Scotus ibi-  
dem q. 1. ar. 2.  
Aegidij the-  
or. 12.

Lege d. Tho.  
quodl. 1. q. 26.

Lege D. Th.  
3. p. q. 76. ar. 1.

titas

Eandem  
tur  
nas  
q. 12.

Lege  
se in  
q. 3. ar.

Lege  
in 4.  
2. ar.



titas non aliam abse quantitatem excludere, & remouere. Quapropter si causa aliqua detur, quæ vi sua præstare queat, vt vnum saltē e duobus corporibus alicubi sit, nec locum expleat, ea sanē præstiterit, vt duo eodem in loco pariter insint. Cū verò id nullū agens naturale possit; possit autem Deus, consequens est vt duo corpora per naturam nequeant simul eodem in loco esse; queant tamen diuina virtute. Quòd autem Deus prædictam loci repletionem impedire valeat, suadet Scotus ex eo, quia quantitas est effectrix causa repletionis loci, atque adeò poterit Deus eiusmodi efficientiam subtractionis sui concursus inhibere.

Eandē sequitur  
Argenti-  
nas in 4. d. 49.  
q. 1. art. 4.

Hæc via propositam explicandi difficultatem admodum celebris fuit in scholis theologorum ætate Magni Alberti, vt ipse refert in 4. d. 44. art. 25. Cæterum bifariam Scotus eam sequendo à veritate deflexit. Primum, quia censuit cū duo corpora in eodem loco sunt, alterutrum duntaxat, non ambo locum replere; cū tamen, vt probè inquit Albertus, intelligi nequeat quonam modo corpus in loco existat, & tamen locum non repleat; quasi verò aliud sit replere locū, quā eius circumscriptione teneri, ac locari. Vnde & D. Thomas in additionibus ad 3. p. quæst. 83. art. 2. Infamia, inquit, videtur, dicere corpus gloriosum non replere locum, quando cū alio nō glorioso alicubi simul constituitur; alioqui abscedente corpore nō glorioso locus vacuus maneret. Peccauit etiam Scotus, quod quantitatem causam effectricē repletionis esse crediderit; cū tamen, vt præter alios, rectè annotauit eius discipulus Bassolius in 4. d. 49. q. 4. post Auerroem 4. lib. huius operis comm. 84. quantitas non magis actiua sit, quā materia.

Refellit

Vbiūque est  
corpus locū  
replet.

Quantitas est  
expers omnis  
actiuitatis.

Lege Hispalē  
se in 4. d. 47.  
q. 3. art. 4.

Quæ cū ita se habeant, dicendum præter loci repletionem habere quantitatem, vt paulò supra aduertimus, aliud munus huic affine, & cognatum, nimirum quodlibet corpus secundum situm ab alio distinguere, & aliorum remouere, quod præstat quantitas penetrationi obstitendo, non quidē actiue; cū omnis actiuitatis expers sit; sed negatiue, non admittendo alterius corporis subingressum. Qui modus causalitatis ad genus causæ materialis pertinet; hoc autem officio, (retenta interim prædicta loci repletionē) diuinitus priuatur quantitas, cū duo corpora in eodem situ, & loco ponuntur; quemadmodum & in diuina Eucharistia, seruata distinctione, atque ordine dimensionum corporis Christi in ordine ad subiectum, & ad totum, adimitur ei commensuratio in ordine ad locum.

Munus quanti-  
tatis distin-  
guere sitū vnū  
corp⁹ ab alio.

Quantitas cor-  
poris Christi  
in diuina Eu-  
charistia non  
retinet commē-  
suratiōē in  
ordine ad lo-  
cum.

Dos stabilita-  
tis quò mo-  
do se habeat  
ad penetra-  
tionem cor-  
porum.

Lege D. Th.  
in 4. d. 44. q.  
2. art. 2.

Addimus autem congruenter ijs, quæ dicta sunt, quod pluribus Theologorum placet, cū corpora gloriosa alia corpora penetrabunt, ad eiusmodi penetrationem non concursuram efficienter subtilitatis dotem; siquidem penetrationi nō resistit vlla vis actiua, quæ proinde agendo superari debeat; sed tantūmodo ipsa quantitas prout habet munus distinguendi corpora quoad situm. Vnde neq; ipse Deus agendo; sed potius subtrahendo quantitati influxum quoad

resul-



resultantiam illius officij, penetrationem corporum exhibet. Verū hæc enucleatius scrutari non est huius loci.

Explicatur  
argumentum  
initio art. p-  
positum.

Ad argumentum igitur, quod nostram cōclusionem euertere nitentur, concedēda est maior propositio, negāda minor: & ad priorē eius confirmationem dicendum partes corporis, quæ in eodem situ diuinitus collocantur, adhuc seruire eam extensionē, & distinctionem in qua essentia quantitatis consistit, vt ante explicuimus. Ad posteriorem concedēdum posse partes quantitatis supra se diuina virtute, quantumlibet replicari; ex quo tamen non colligitur totum non fore maius sua parte.

Esto partes  
quātitatē su-  
pra se replicē-  
tur non pro-  
pterea desi-  
net totum ef-  
se maius sua  
parte.

Licet enim brachium ad locum non ampliorem, quā digiti, plicando reuocetur; adhuc vberiore mole ac longitudinem, quā digitus, in se re ipsa cohibebit; sicuti mille panni cubita esto ad vnius cubiti longitudinem plicentur, nō ideo deserint longitudinem millicuplo maiorem, quā vnius duntaxat cubiti sit, in se claudere.

Maior d. 49.

q. 9. d. 1. d. 1.

1. d. 1. d. 1.

1. d. 1. d. 1.

1. d. 1. d. 1.

## QVÆSTIO V.

VTRVM IDEM CORPVS SIMVL IN  
duobus locis diuina virtute esse queat.

### ARTICVLVS I.

QVI AVCTORES PARTEM NEGA-  
tiuam defendant, & quibus argumentis.



**S**T hæc controuersia utilis, scituque iucunda, in qua magna dissidentium Theologorum contentione certatur. D. Thomas 3. p. q. 75. art. 1. & lib. 4. contra gentes cap. 64. Henricus Gandauensis quodlib. 9. q. 32. Durandus in 4. d. 10. q. 1. Aegidius quodlib. 1. q. 1. & quodlib. 2. q. 17. Heruæus quodlib. 11. q. 13. alijque complures negantē partem amplexi sunt his potissimum nixi argumentis.

Capr. in 4. d.

10. q. 1. Palu-

danus d. 44.

q. 3. Ferrarien-

sis 4. contra

gent. ad cap.

63.

2. argu.

1. Esse corpus in loco circumscripitiuè, est ita loci circumscriptione terminari ac definiri, vt extra illū non sit; atqui si idem corpus duobus in locis existat, erit extra quemlibet eorum; ergo erit, & nō erit circumscripitiuè in loco.

2. argu.

2. Non minùs ad cuiusque rei naturam, & essentiam pertinet, vt à se ipsa indiuisa, & indiscreta existat; quā vt diuisa, & discreta sit à quacunque alia; sed fieri nequit, etiam diuinitus, vt res aliqua singularis non sit discreta ab alia; cum vnumquodque sua essentia ab alio discernatur; ergo fieri etiam nequibit, vt à se ipsa discreta sit; at  
discretam

Mair

4. d.

Ballo

10. q.

Arget

dem

1. Al

q. 1.



discretam esse oportet, si à se loco diuidatur; igitur loco ab se diuidi impossibile est.

3. Si Deus Petrum, qui nunc Romæ est, Conimbricæ statueret; vel id præstaret aliqua actione, qua illi esse, quod iam Romæ possidet, Conimbricæ cōferret; vel sola mutatione terminata ad vbi: quorum neutrum dici potest. Non primum, quia si Petrus Conimbricæ diuinitus esse accipiat, dicetur denuò produci; cum per nouam actionem esse acquirat; quod tamen hypothesei repugnat. Ponimus enim Petrum iam antea Romæ fuisse. Non secundum, quia non videtur minor concursus requiri ad Petrum Romæ iam existentē, alibi collocandum, quàm ad esse eidem iam vita functo, vel non dū nato diuinitus tribuendum; atqui ad hoc posterius, certum est aliam actionem deponci præter eam, qua vbi acquiritur. Nulla igitur ratione fieri potest, vt idē corpus simul duobus in locis à Deo ponatur.

4. Si eadē res simul in multis locis sit, plurima absurda, & incredibilia sequentur. Primum eandem rē simul contrarijs motibus cieri: poterit enim Petrus Romæ sursum, hīc deorsum tendere; Romæ calefieri, si sit prope ignem, hīc refrigerari, si frigida abluatur. Item sequetur priuantia, atque ad eò contradicentia affirmari de eodem. Mouebitur enim hīc Petrus, si velit; & eodem tēpore quiescet Romæ. Item Romæ viuet, hīc interibit, si hīc occidatur, non autem Romæ. Item Romæ erit videns, hīc cæcus, si hīc ei oculi eruantur, non illic. Ex his autem licebit concludere Petrum simul moueri & non moueri, viuere & non viuere; videntem ac non videntem esse. Quæ omnia cōtradicentia sunt, nec diuina virtute cohærere valent. Quare perspicuum videtur nullo pacto idem corpus simul duobus in locis collocari posse.

## ARTICVLVS II.

## SOLVTIO QVÆSTIONIS.

**C**ontraria tamen propositæ quæstionis pars multò verisimilior est; quam tuetur Hugo Victorius lib. 2. de sacramentis p. 8. cap. 11. Scotus in 4. d. 10. q. 2. Richardus ibidē. Ochamus q. 4. Marsilius q. 7. Ioannes Maior q. 2. Gabr. q. vnica, & in Canone lectione 46. alijque non pauci. Probatum autem hæc sententia hisce rationibus. Primum, non minori necessitate corporum multitudo multitudinem locorum, quàm vnitas corporis, loci vnitatem exigat: at compertum est duo corpora (vt superiori quæstione ostendimus) diuina virtute in eodem loco esse posse; igitur nec vnum in pluribus esse repugnabit.

Deinde, Maius, mirabiliusque est vnum, & idem corpus Christi simul in cœlo esse, & in sacra Eucharistia, quàm esse in cœlo, alioque



in loco extra sacramentum; sed primum, ut fides docet, potest diuina virtute fieri, reque ipsa fit; ergo & posterius effici poterit. Maior propositio suadetur, quia difficilius est poni rem extra modum sibi naturalem, quam secundum modum naturæ suæ congruentem: ac Christi corpus in Eucharistia est modo non naturali; siquidem est ibi totum sub qualibet parte speciei panis; cum tamen modus ei naturalis postulet, ut ambienti superficiem commensuretur, sitque totum in tota superficie, pars in parte: ergo & cæt.

Ratio.

Item, Nulla sequetur contradictionis implicatio si Christus latens sub diuini huius sacramenti specie manum suam alicui videndam exhibeat; sed tunc manus circumscribetur loco, sicuti nunc in cælo circumscribitur; ergo idem duobus locis definiri repugnantia non est. Postremo ad hoc confirmandum nonnulli in testimonium assumunt id, quod de sancto Ambrosio legitur, qui dum Mediolani diuinis rebus assisteret simul & se Turone exequijs D. Martini interfuisse testatus est.

D. Antonius  
2. p. tit. 29. 4.  
11. 5. 4.

2. pronuntiatio.

Hæc sunt potiora huiusce partis argumenta. Rogabit tamē quispiam, num corpori duobus in locis ita constituto eadem utrobique accidentia conuenire debeant. Cui dubitationi, omissis controuersijs, triplici pronuntiato satisfaciamus. Primum sit. Accidentia, quæ ordinem habent ad locum, siue ad vbi, vel idem sunt cum eo, ut iacere, stare, moueri, quiescere, percuti, cæteraque id genus, nō oportet ut corpori utrobique accidant. Etenim sicut illi Romæ existenti non conuenit idem vbi, quod Conimbricæ, ut luce clarius est; ita nec competere oportet ea, quæ ad ipsum vbi, siue locum ordinem important, vel ab eo re ipsa non differunt.

Pro hisce pronuntiatibus lege Scotum, Sotum, & Gabrielem locis cit.

2. pronuntiatum.

Secundum pronuntiatum sit. Cætera accidentia, utrobique ei conuenient. Nam cum idem omnino corpus sit, quæcunque dependentem à loco rationem non habuerit, ubicunque illud extiterit, ex ipsa rei natura, necessaria consecutione, non nouo miraculo, sed præcedentis vi, in eo resultabunt. Itaque si vno in loco prope ignem sit, non ideo prope ignem in alio erit; utrobique tamen calefcet; quia calefcere est quidpiam à loco absolutum: calefcet, inquam, nisi in altero loco existat prope aliud corpus, quod ad ipsum refrigerandum paræ vim atque ignis ad calefaciendum, habeat: tunc enim cum actio nō nisi à vincete sit, vtrunque agens sese impedit, & alterius actionem prohibebit. Quod si alterum præualuerit, eius tantum procedet actio. Parimodo si vno in loco percutiatur, sentiet quidem in altero dolorem; non tamen in eo percutietur; quia percussio motus est localis; dolor verò ordinem ad locum nō habet. Item in vtroque nutrietur, & augetur, non in vtroque alimentum hauriet; utrobique febris iactabitur, ac morietur; non utrobique venenum aut medicamenta accipiet. Atque ex his de cæteris etiam iudicare facile erit.

Si corpus in vno loco sit prope agens calidum, in alio prope frigidum, quid euenturum sit.

Dubitatio.

Sed quid si Petrus duobus in locis positus sibi hinc inde in via occurrat? Maironius in 4. d. 11. q. 1. & Sotus d. 10. q. 1. art. 5. respondet,

si ad-



si aduersa facie secum ipse cōgrediatur, mansurum in eodem spatio; quia cum sit vnum idemque corpus sibi nequaquam obistet. Verū haud probè respondent. Nec enim id, quod aiunt, absque nouo miraculo fieri posset; quandoquidem vndecunque sibi ille appropinquet, in eundem locum recipi nequit; quin diuersa eiusdem corporis membra sese permeēt. Si enim quasi alter Ianus versus vtranque partem, frontem habere debeat; vtique iam frons per occiput meabit. Si versus vnā duntaxat partem; neutiquam id fieri poterit, quin dum se ad vnum, eundemque locum occupandum insinuat, anteriores partes per alias à se diuersas penetrent, vt consideranti planum est.

Quorū dīm  
respōsō, quē  
non p̄batur.

Legitima solutio.

Lege Gnbrielin in expositione canonis lect. 46. Ochanum in Centilogio conc. 31.

Tertium pronuntiatum. Diuinitus, nouoque miraculo fieri poterit, vt ea etiam, quæ ad vbi, siue ad locum ordinem non habent eidem corpori vno in loco, non tamen in alio conueniant; verbi gratia, vt hīc viuat, Romæ moriatur, hīc cæcus sit, Romæ videat, hic materia sit coniuncta formæ, illic omni forma careat. Cuius pronuntiatum veritas ea ratione ostenditur; quia nulla ex his sequitur implicatio. Quod si quis obijciat, ex eo quod Petrus simul videns & cæcus; mortuus, ac viuus sit, concludi eum simul videntem, & non videntem; mortuum ac non mortuum esse; quæ sunt contradicentia; proindeque nec diuina virtute constare possunt. Occurrendum erit ad veram contradictionem requiri, vt prædicata pugnancia cōparentur cum eodem respectu eiusdem loci quod in re proposita nõ seruatur. Vbi aduerte, licet Petrus eodem tempore viuat ac mortuus sit; non tamen absolutè dicendum eum simul viuere, & non viuere; quia, qui ait Petrum non viuere, ex modo ipso negationis verbo præpositæ, quæ significatum verbi absolutè, atque omnimodis remouet à subiecto, significat eum nullibi viuere; quod falsum est. Itaque non manent hæ duæ propositiones simul veræ; Petrus viuuit, Petrus non viuuit; sed prior vera, quatenus significat eum alicubi viuere, quod verum est. Posterior falsa, quia significat eundem nullibi viuere, quod non ita est.

3. pronuntiatum

Obiectio

Non repugnat Petrus diuina virtute vno in loco viuere in alio esse mortuum.

## ARTICVLVS III.

OCCVRRITVR ARGVMENTIS  
initio propositis.

**H**is animaduersis non erit difficile contrariæ partis argumenta diluere, atque omnem effugere contradictionem. Ad primum namque dicendum, id quod loco circumscribitur sic eo coerceri, vt naturæ facultate extra illum esse non possit; quare non colligi idem corpus contineri, & non contineri loco, sed vno in loco naturaliter; in pluribus autem non nisi per diuinā potentiā esse.

Sol. 1. argu

Rrs

Ad



Sol. 2.

Ad secundum, Non pertinere ad essentiam Petri, ut à se indiscretus, & ab alio sit diuisus quoad locum; sed quoad quiditatem, id est, ut eius propria, & singularis quiditas non sit ab eo seiuncta; & ut discreta sit à quiditate alterius; quod Petrus non amittet, licet duobus in locis diuinitus ponatur.

Sol. 3.

Actio, qua Deus idē corpus in loco alio constituit non terminatur intrinsicè ad locum; sed ad esse ipsius corporis. De identitate illius actionis cum ea, qua Deus idē corpus alibi conseruat.

Ad tertium in primis dicendum Petrum non constitutum iri à Deo alio in loco per actionem ipsius Dei terminatam ad ubi; sed ad ipsum esse Petri intrinsicè; quia ibi non datur mutatio à loco in locum; sed ex eo quod Deus conferat esse Petro alibi, naturali consecutione, & absque ullo speciali Dei concursu acquirit Petrus aliud ubi. Est tamen difficultas utrum actio illa Dei intrinsicè terminata ad ipsum esse Petri sit eadem, qua Deus Petrum alibi conseruat, an diuersa. Et quidē utrumque probabiliter dici potest. Veri similius tamen videtur, esse essentialiter eandem; sed aliter modificatam speciali Dei concursu. Quandoquidem terminus, cæteraque concurrentia sunt eadem præter ubi, & locum, qui locus extrinsicè ad illū sese habet. Confirmaturque hæc sententia; quia si Deus corpus Christi Domini existens in sacra Eucharistia relinquat suæ naturæ ut occupet spatiū, nequaquam illi in spatio esse conferet per actionem essentia distinctam ab ea, qua ipsum conseruat absque extensione in ordine ad locum. Conueniuntque hæc cum ijs, quæ artic. superiori ad tertium pronuntiatum dicta sunt: videlicet nouum miraculum requiri, ut Petrus Romæ, & Conimbricæ simul existens in altero horum locorum viuat, in altero moriatur. Nam ex eo quod eadem essentialiter actione utrobique accipiat esse, consequitur, ut si vno in loco intereat, in altero etiam moriatur, nisi ibi nouo miraculo conseruetur. Siue tamen actio, qua Deus rei vno in loco existenti alibi conferat esse, dicatur eadem essentialiter, siue diuersa; non proinde sequitur rem denuò produci; cum noua productio sit actio, qua res accipit esse, quod non dum habet: ponimus autem Petrum alibi iam habere esse.

Capitis septimi Explanatio.

Disputatio de Vacuo.

Veterum opinioniones.

Anaxagoras plebem vacuum ponentem coarguebat.

**V**trum a autem inane sequitur disceptatio de vacuo, quam Aristoteles non minus, quam eam, quæ de loco est, ad Physicam pertinere ait eademque in illa questionibus, & problemata occurrere propter affinitatem, quæ inter vacuum, & locum est; quæ proinde non absimilem doctrinæ methodum, & seriem exposcit.

b Considerationis

Quoniam duæ fuerunt in re proposita veterum sententiæ; altera vacuum ponentium; altera idē negantium, vocat ad calculos eorum argumenta, qui posteriori partem tuebantur, inter quos Anaxagoras disputationem suscepit ad aduersus plebem, quæ errore decepta existimabat ubi nullum esset corpus, quod in sensus

C A P. VI.

**V**trum a autem inane sit, necne, & quemadmodum, aut quid sit, non secus, ac de loco Physici esse contemplari censendum est. Nam ex his, quæ existimantur non dissimilem habet & probationem, & improbationem.

Qui

cadere



eaderet, ibi necessario dari vacuum. Erat autem ratio Anaxagoræ huiusmodi. Id, quod aere plenum est, vacuum non est; sed spatium quod vacuum esse dicitis, plenum est aere, quem constat esse aliquid: igitur id nullo modo vacuum est. Assumptionem ostendebat argumentum, qui si inflati sint, comprimere, & conuolui nequeunt, certè non nisi ob aeris corpulentiam coitioni, compressionique obnitentem. Item indicio clepsydram, quæ non ante aquam

Ratio Anaxagoræ.

admittunt, quæ aer inclusus facessat. Hanc viam refellendi vacuum improbat Aristot. quod parum ad rem apposita, parumque efficax sit; quæ nuius enim vulgi vacuum tollat; non tamen confutat verum vacuum, in quo nullum re vera corpus sit, quale nonnulli philosophorum inducere, alij quidem asserentes dari inane corporibus interiectum ad rerum continuationem dissoluendam; alij infinitam vacuitatem extra cæli ambitum ponentes.

Improbatur ab Arist.

Text. 51.

Qui enim inane esse aiunt, ut locum quendam & vas ponunt, quod plenum quidem videatur esse, cum molem, cuius est capax intra se habet: cum verò ea priuatum est, inane, tãquam idem sint inane, plenum, & locus, eorum autem ratio, & essentia non eadem. b Considerationis autem exordium esse debet, ut ea sumamus, quæ ij aiunt, qui esse inquiunt: rursus ea, quæ ij, qui inquiunt non esse: tertio communes de eo opiniones. Qui igitur non esse enituntur demonstrare, non id inane refellunt, quod homines volunt dicere: sed quod errando statuunt, ut Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt: aerem enim esse aliquid demonstrant vires torquendo, aerisque robur ostendendo, atque in clepsydri interceptando, cum homines inane interuallum esse velint, in quo nullum est corpus, quod cadat sub sensum. Sed cum quidquid est, putent corpus esse, aiunt id inane esse, in quo omnino nihil est. Itaque id esse inane, quod aeris plenum est. Non igitur hoc demonstrandum est aerem aliquid esse, sed interuallum à corporibus diuersum nullum esse seu separabile, seu quod actus sit, corpusque omne interceptat, ita ut continuum non sit, ut Democritus, & Leucippus, alijque multi Physiologi inquiunt, seu etiam quod extra sit vniuersi corpus continuum.

Text. 52.

Text. 53.

Hi igitur non per ianuam problemati occurrunt, sed ij potius, qui esse asseuerant. c Inquiunt verò primum quidem motum in loco, qui latius est, & accretio, non fore: non enim motus posse esse videtur, nisi sit inane, siquidem id, quod plenum est, capere non potest: quod si capiat, duoque sint simul fieri etiam potest, ut quotcunque corpora simul sint: differentiæ enim ratio, cur id, quod dictum est, esse non queat, afferri non potest. Sed si hoc esse possit, ab eo quoque, quod minimum est, id quod est maximum, excipietur: quandoquidem quod magnum est, multa est parua. Quare si multa equalia in eodem esse possint, multa quoque inæqualia poterunt. Ac Melissus quidem vniuersum esse immobile his demonstrat. Si enim, inquit, moueatur, inane esse necesse est: inane autem ex his, quæ sunt, non est.

Text. 54.

ra sese permeare, immo non duo solum, sed complura simul, itemque eodem spatio maius & minus corpus indiscriminatim posse includi: cum eadem ratio sit in vno & pluribus, in magno & paruo. Siquidem magnum potest in particulas ad loci capacitatem accommodatas diuidi, & ex multis particulis in vnum corpus coeuntibus, magnum quid emergit. Cum igitur hæc omnia absurda sint, & à ratione aliena, ad ea que urgeantur ij qui vacuum fugiunt, consequens est, ut id velint nolint, concedant. Facitque pro eodem auctoritas Melissi, qui vacuum ad motionem obeundam vsque ad eò necessarium iudicabat, ut quia id dari non posse credebat, motum tolleret, & vniuersum immobile faceret.

c Inquiunt verò profert in medium aliquot rationes earum, quibus veteres philosophi vacuum astruere nitentur. Prima est. Si vacuum non esset, nihil posset moueri loco; igitur vacuum est. Assumptionem probabant, quia corpus, quod locum mutat, vel inani spatio excipitur, vel pleno; si inani, habetur propositum: si pleno, sequitur duo corpo-

Rationes pro uacuo inducendo.

Prima ratio à notu locali.

Melissus vacuum ad motum requirerebat.

Rur a

d Alie



Secunda ratio ab ijs, quæ addantur.

d Alio verò } Secunda ratio ita habet, Dum corpora densantur, premunturque, in minorem sese molem recipiunt, & angustiorum occupant locum, ut videre est in liquoribus dum congelascunt; in lana & spongia dum manibus coercentur, item quæ in vino, siquidem experientia notum est, dolum tantumdem vini capere cum vtribus, quantum sine illis: hoc autem non aliunde obuenit, nisi quia insunt in corporibus inanes quidam meatus in quos partes, quæ ab se prius distabant, contrahuntur, & coeunt. Negari igitur non potest dari in ijs vacuum.

Tertia ratio ab accretione viuentiũ.

c Præterea accretio } Tertia ratio est à viuentium accretione, quæ cum fiat hausto intus, & in corpus distributo alimento, partes inanes, in quas

Vno igitur modo inane demonstrat non esse. d Alio verò quod res quædam coire, premiæ videntur, quemadmodum dolia vinum cum vtribus aiunt capere, tanquam coeunte corpore, ac densato in ea inania, quæ insunt. e Præterea & accretio per inane fieri omnibus videtur: alimentum enim corpus esse: duo autem corpora simul esse non posse. f Testimonium etiam afferunt ex cinere, qui tantundem aquæ excipit, quantum vas inane. Esse verò & Pythagorici inane dixerunt, atque id, cælum, tanquam ex infinito spiritu respiret, ingredi, quod naturas seiungit, propterea quod inane separatio sit quedam, atque dissiunctio eorum, quæ deinceps sunt posita. Hocque in numeris primum esse, inane enim ipsorum naturam distinguere. Tot igitur, & talia fore ea sunt, quibus ducti alij esse, alij non esse inane censent.

Text. 55.

Text. 56.

Text. 57.

Lucret.

id sese insinuet, necessarium requirit, ne multa corpora in eodem situ maneat. Hanc rationem decantauit Lucretius 1. sui poematis hisce carminibus.

Dissipat in corpus sese cibus omne animantum:  
Crescunt arbuta, & foetus in tempore fundunt,  
Quod cibus in totos vsque ab radicibus imis  
Per truncos, ac per ramos diffunditur omnes.  
Quod nisi inania sint, quæ possent corpora quæque  
Transire, haud vlla fieri ratione videres.

Quarta ratio à cineribus.

f Testimoniũ etiam } Quarta ratio est ab experimento cinerum, quibus plenum vas tantum liquoris excipit, quantum absque illis excepisset. Quinta, quæ Pythagoreorum est, ducitur à rerum inter se discretione: namque si vacuum non foret, cuius interuentu res diremptæ & dissociatæ essent, oporteret ex omnibus corporibus vnum quid effici, & coagmentari. Porro aiunt Pythagorei ex infinito vacuo extra mundum incubante, cælum quosdam spiritus quasi respiratione ad se trahere, quos inspiret insinuatque inferiori mundo ad discriminanda corpora: ita tamen ut eiusmodi vacuo primum quidem numeri participent, tum reliqua eorum beneficio.

Quinta à rerum inter se distinctione.

Vacuum Pythagoricum.

### Capitis septimi Explanatio.

V T<sup>a</sup> autem sciamus } Propositis in vtranque partem ad concedendum, aut tollendum vacuum rationibus; priusquam Aristoteles suam de eo sententiam constituat, explicandam sibi esse ait notionem vocabuli *κὸνὸν*, id est, vacuum. Quod præstat eius significata descriptionesve ex antiquorum placitis eruendo. Earum prima est, qua vacuum dicitur locus, in quo nihil, seu nullum corpus insidet. Apud illos namque ens, siue substantia, & corpus apud veteres recipiebantur.

### CAP. VII.

Prima vacui definitio. Substantia & corpus apud veteres recipiebantur.

V T<sup>a</sup> autem sciamus vtro modo se habeat, sumere debemus quid nomen significet. Videtur igitur inane locus esse, in quo sit nihil. Cuius rei causa est, quia quod est, id omne corpus esse arbitrentur.

Omne autem definiunt aientes corpus esse id, quod sub tactum cadit, rursusque tactile corpus



uocabant, quod pondere, aut leuitate affectum est; docet ex eorum sententia hanc etiam haberi vacui definitionem; vacuum est locus, in quo nihil graue, aut leue continetur. Moner autem neutram harum notionum (quod nonnulli forsitan putarant) in punctum conuenire, cum punctum locus non sit; nec trinam dimensionem capere valeat.

Secunda definitio vacui.

b Ex quo etiam aliquis Traditam à veteribus vacui definitionem reprehendit, quod ex ea sequatur interuallum carens corpore sub tactum cadente, occupatum tamen corpore alijs sensibilibus qualitatibus predicto, ut sono, aut colore, si quid tale in natura existeret, eiusmodi inquam interuallum, vacuum esse: quod à vero abest; cum vacuum omni corpore careere debeat. Itaque verba illa, an constat? notant quid veteres, si modo sibi constarent, responsuri essent.

Coarguit definitionem ab antiquis traditam.

Omne autem corpus in loco: inane verò locum, in quo nullum est corpus. Quare sicubi nullum est corpus, ibi nihil esse. Rursum corpus omne sub tactum cadere, eiusmodi autem id esse, quod pondus habet, aut leuitatem. Ratiocinatione ergo efficitur id esse inane, in quo graue, aut leue nihil est. Atque hæc quidem ut prius etiam diximus ex ratiocinatione efficiuntur. Absurdum autem est punctum inane esse. Oportet enim locum esse, in quo corporis, quod sub tactum cadit, dimensio est. Inane igitur vno modo videtur dici id, quod corporis plenum non est, quod sentitur tangendo, quod quidem est corpus graue, & leue. b Ex quo etiam aliquis quæret, quid nam dicerent, si interuallum colorem habeat, aut sonum, utrum inane, nec ne? an constat, si corpus quod tactu apprehendatur, excipiat, inane esse: sin minus non esse? c Alio autem modo id, in quo neque hoc quiddam est, neque substantia vlla corporea. Quocirca nonnulli corporum materiam inane esse aiunt, idemque & locum hoc ipsum ponunt, idque non rectè. Materia enim à corporibus separabilis non est, inane autem quæritur, ut separabile. d Quoniam autem & de loco constitutum est, & inane, si sit, locum esse corporis expertem necesse est, locus verò quemadmodum sit, & non sit, dictum est, constat hoc quidem modo inane non esse, neque separatum, neque inseparabile. Inane enim non corpus, sed corporis interuallum esse debet. Quapropter inane aliquid videtur esse, quoniam & locus, & ob easdem causas. Motus enim, qui in loco fit, in mentem venit, & his qui locum aiunt esse quiddam à corporibus, que incidunt, diuersum, & his, qui inane. Ac motus quidem causam inane esse sic censent, ut id in quo mouentur.

Quod

tus gratia dandum videbatur. Nam cum ipsi statuerint vacuum sicuti & locum esse trinam illam dimensionem, probatumque sit non debere eam admitti; perspicuum relinquitur vacuum non esse, cum ex utroque eadem propemodum absurda consequantur.

e Nulla autem necessitas) Antequam proprijs rationibus vacuum refellat, argumenta, quibus id veteres inducere conabantur, diluit. Ad primum respondet saltem ad motum alterationis non requiri vacuum; siquidem Socrates in eodem vestigio hærens potest albescere: deinde neque ad lationem exigi, ut Melissus falsò putabat; cum possint corpora sibi mutuo cedere, & alia alijs abeuntibus nouum locum acquirere, ut videre est in mari, siue cum fluctuat, aut reciprocante æstu agitur, siue cum natantium gregibus facili recessu dat locum; itemque in conuersionibus solidorum corporum. Cum enim rota tonsoria in orbem torquetur, vnà & inferiores partes ascendunt, & superiores loco pelluntur, ceduntque vicissim inferioribus.

Platonici ut vacuum definirint.

e Alio autem) Aiebant Platonici vacuum id esse, in quo non est hoc aliquid, nec vlla corporea substantia. Hanc etiam definitionem improbat, quod ex ea colligi posset materiam esse vacuum; cum in materia nullum inest corpus, sed forma duntaxat, immo & esse locum, quod idem fatentur. At non debere id cõcedi ex eo conuincit, quia si materia esset locus, possent res ab ea, sicuti & à loco, separari. Quod non ita est.

d Quoniam autem & de loco) Docet ex propria sententia quid vacuum sit: asseritque vacuum esse locum carentem corpore, intellige, aptum tamen, ut eo repleatur. Tum statuit aduersus præcos Philosophos neutquam vacuum in natura dari, nec insertum rebus, nec ab ijs diuulsum, etsi id mo-

Germana vacui definitio.

Responsio ad argumentum pro vacuo.

Ad I.

Quo pacto latio absque vacuo detur.

¶ Pos-



Ad 2.

Quibus modis condensatio fiat.

f Possunt etiam corpora Diluit secundum argumentum aiens posse addensari, premiū corpora, non quod partes vacuo recessu ad hunc usum parato excipiantur; sed quia tenuioribus particulis compressione explosis necesse est contrahi corpus, & minus spati, quam antea, occupare. Atque hac responsione satisfacit quoque argumento de cineribus, qui aquam imbibunt. Quia de re alibi etiam scripsimus. Aduerte autem non eo tantummodo, quem hic tradit Aristoteles, densationem fieri, cum non sit necesse omnibus corporibus insertas esse tenuiores particulas, quæ compressæ, & quasi evanescentes extrudantur, ut in subtilissimo igni patet. Sed hæc in lib. de generatione.

Ad 3.

Quo modo viuētia accretionem sumant absque interuentu vacui.

g Præterea augeri) Neque tertium argumentum vacui: necessitatē probat Possunt enim res augetur accretione minus propria, ut cum ex aqua, alteratione præcūte, gignitur aer in maiori, ut solet, quantitate; ad quam accretionem obeūdā perspicuū est inanes meatus non requiri. Adde etiam neque ad eam, quæ accretio proprie vocatur, & in solis viuētibuscōspicitur, eiusmodi inanitates exigi: crescunt enim res viuētes alimento suscepto intra poros, qui vel oppleti sunt corpusculis eidem alimento facile locum dantibus, vel latera habent contigua ea sese confestim pandentia.

Nō possideri inanes meatus ut res augeantur. Auctores vacui in sua arma ruere.

h Omnino autem) Secundam partem proximæ solutionis à nobis traditam, quæ valet ad difficultatem de incremento rerum viuētiū explicandam suppressit ibi Aristoteles: hic verò quia, quam ipse attulit, responsio hanc nodum minime soluit, admonet prædictam aduersariorum rationem ancipitem esse, ac lubricam, scilicet que ipsam demoliri, quia dum ex accretione vacuum probat, accretionem tollit. Nam si ut res augetur dandi sunt in ea aliqui inanes meatus, vel non quælibet pars quoquoersum incrementa accipiet, quia non quælibet inanis est, alio qui totum inane quiddam foret; vel accretio fiet non accedente corpore, vel si accedente corpore fiet, multa corpora simul erunt. Quæ absurda qui inuehunt, quid aliud faciunt, quam accretionem tollunt? Idem similiter de cineribus iniectam aquam recipientibus concludendum erit. Quo patet vacui auctores in sua met arma ruere, ac se ipsos reuincere; proindeque non esse ob eorum rationem à proposita sententia recedendum.

## Capitis octauis Explanatio.

Non dari vacuum in natura. Naturam corporū simplicium sui motus causam esse.

S ED inane ita separatum) Solutis veterum argumentis aggreditur ad demonstrandum non posse dari in natura vacuum, neque à corporibus separatam, id est, spatium quoquoersum omni vacans corpore, neque intra corpora inclusum, quale esset in re viuente, aut in cineribus, si inanes haberent meatus. Quia verò antiquitatis philosophi ad tuendam lationem vacuum ponebant, ostendit neutiquam ob eam inducendum fuisse; quandoquidem natura cuiusque corporis simplicis propriæ motionis causa est, cum vnusquodque

Quod quidem tale est, qualem locum esse aiunt nonnulli. Nulla autem necessitas cogit, si motus sit, inane esse. Ac omnino quidem omnis motionis, nullo modo: quod Melissus ignorauit, quando quidem alterari id, quod plenum est, potest. At neque eius motus, qui sit in loco. Cedere enim vicissim sibi possunt, cum præter corpora, quæ mouentur, nullum est interuallum separatam. Atque hoc perspicuum est sic in rerum continuarum, ut in humidarum conuersionibus. f Possunt etiam corpora non in vacuum cogi, sed quod ea, quæ insunt, extrudantur, ut cum aqua premitur, is, qui inest, aer. g Præterea augeri, non aliquo solū introeunte, sed etiam alteratione, ut si ex aqua aer gigneretur. Omnino autem & ratio ea, quæ est de accretione, & ea, quæ de aqua in cinerem infusa, ipsæ sibi sunt impedimento: aut enim non quæuis pars augetur, aut non corpore, aut fieri potest ut duo corpora sint simul, aut totum corpus necesse est inane esse, si vndique, & per inane augetur. Dubitationem igitur communem volunt diluere, sed inane esse non demonstrant. Eadem verò est & cineris ratio. Ita quæ perspicuum est facile esse ea soluere, è quibus demonstrant inane esse.

Text. 62.

Text. 63.

Text. 64.

CAP.

Text.

Text.

Text.



quodque suo pondere, aut leuitate in natium locum feratur.

b Præterea si) Secundò idem concludit, quia si vacuum dent non quasi effricem motus causam, sed vt sit inane spatium, quo excipiatur corpora, non solùm ob id necessarium non est; sed eo constituto motus omnis tollitur. Etenim nulla tunc ratio suppetet cur huc potius, quam illuc corpus feratur, in hanc, aut illam partem magis inclinetur, omnibus locorum differentijs ita confusis, vt inter inferum, & superum nullum discrimen habeatur.

C A P. V I I I .

**S**a Ed inane ita seperatum, vt non nulli aiunt, non esse, rursus dicamus. Si enim cuiusque simplicis corporis aliqua latio est naturalis, vt ignis in superum locum, terre in inferum, & ad mediam, constat profectò inane latationis causam non esse. Cuius igitur inane est causa? Motus enim, qui in loco sit, causa videtur esse, huius autem non est.

Text. 65.

b Præterea si aliquid est, vt locus expers corporis, cum inane fuerit, quonam corpus, quod in illud iniectum est, feretur? Neque enim per vniuersum, quæ eadem ratio & contra eos est, qui seperatum quiddam, in quod res feratur, locum esse existimant. Id enim, quod in eo positum est, quomodo feretur, aut manebit? Atque etiam ratio, quæ de supero est, & infero, inani eadem merito accommodatur, quandoquidem inane locum faciant ij, qui aiunt illud esse.

Text. 66.

c Quin etiam in loco, aut in inani quomodo inerunt? Non enim accidit, cum totum positum fuerit, vt in loco separato, atque manente corpore. Pars enim nisi sit abiuncta, in loco non erit, sed in toto. Iam verò si locus non est, neque inane erit. d Quod si quis consideret, bisce, qui inane esse inquirunt, veluti necessarium ob motum contrarium potius accidit, nihil moueri posse si sit inane. Nam quemadmodum qui terram quiescere ab similitudinem inquirunt, ita & in inani statum esse est necesse: non enim est quod magis aut minus moueatur, quod quatenus inane differentiã non habeat. Ac primùm quidem quod motus omnis aut vi, aut natura efficiatur. Necesse est autem, si violentus fuerit, & naturalem esse, quanaoquidem violentus præter naturam est: qui verò est præter naturam, naturali est posterior, ita vt aliorum motuum nullus futurus sit, nisi is sit, qui naturalis cuique corpori naturaliter congruit. Atqui naturalis quomodo erit, cum nulla in vacuo, atque infinito sit differentiã? Quatenus enim infinitum, nihil erit aut supra, aut infra, aut medium: qua autem ex parte inane est, superum ab infero, non differet. Nam vt nihili nulla est differentiã, sic eius quod non est: inane autem non ens quoddam & priuatio videtur esse. At naturalis latio differentiã habet, quare & quæ mouetur natura, erunt differentiã. Aut igitur nullius naturalis vlla est latio, aut si est, non est inane.

Text. 67.

e Ed traria sedes aditur. At si vacuum sit omnis locorum varietas turbatur, vt dictum iam fuit.

f Ea insuper que) Huiusce rationis momenta vt intelligas, aduerte Platonem in Timeo causam motus projectorum, quæ a mouente primo separata nihilominus feruntur, reculisse

e Quin etiam) Ostendit non posse dari vacuum tanquam spatium ad excipienda corpora, quia oportet et veterum decretis hæc ab illo vndique peradi, atque ita sequeretur partes corporis in hoc vacuum separatum ingressi, esse per se in loco: quandoquidem partes omnes penetrare essent ab illo spatio, darenturque in eo infinita loca. Cum tamen partes quandiu in toto sunt, non nisi ratione totius locum viderent. Vnde colligit si tale spatium locus non sit, nec inane esse, quia ex illorum opinione inane & locus subiecto idem sunt.

d Quod si quis consideret) Idem rursus ex eo confirmat, quia vacuum potius motum inhibet. Quippe vt terra, sicuti in Phædone scripsit Plato, ideo in mundi medio quiescit, quod paribus vndique spatijs à peripheria distet, nec vlla sit ratio, cur huc potius quam illuc vergat: ita sanè posito vacuo motus omnis, tã naturalis, quam violentus, cessaret, quadoquidem motu naturali locus nature congruus peritur, violento con-

Vacuum potius motum impedit, quæ iuuat.

Posito vacuo omne locum differente tollitur. Causa motus projectorum secundum Platonem.



ad antiperistasma, hoc est, ad vim circumfusi aeris raptim à tergo confluentis ad occupandum locum à projecto derelictum; alios vero existimasse, iecirco projecta cieri, quòd aer à propiciente semel percussus alias aeris partes dissecas, projecta ipsa impetu suo ferat, neque ea deorsum labi sinat, interim dum naturalem eorum conatum exuperat. Hoc posito ostendit Aristoteles non dari vacuum, propterea quòd neutro horum modorum projecta in eo moueri possent, cum nullum inibi corpus remota circumstet. Sed enim an hæc ratio ex vera hypothese concludat, remque conficiat, alibi expendemus.

**Vacuum vndique vniforme.** f Nullus præterea Rursus institutum persequitur hoc argumentum. Vacuum omni ex parte vniforme est, sibi que simile. Nulla igitur causa erit cur potius in vna, quam in alia eius parte mobile consistat. Quare aut semper quiescet, aut si motum semel arripuerit, perpetuo fluctabit: quòd absurdum est. Neque retere philosophantur dum in vacuo eam ad motum inesse commoditatem inquit, quòd facile cedit, & impetum nequaquam demoretur, cum ostensum sit nullum in eo motum iniri posse.

g Sed perspicuum Pergit ostendere motum impeditum in vacuo, si detur. Prius tamen sumit duas ob causas mobile vnum alio tardius, aut celerius ferri. Altera est medijs dissimilitudo. Velocitas

Causæ tarditatis, & celeritatis motu.

enim per aerem, quam per aquam lapis descendit; quia medium, quòd tenuius, solutiusque est, facilius negotio diuiditur, proindeque minus retardat. Sed impedit etiam agilitatem medium

e Ea insuper, quæ iaciuntur, nunc mouentur, eo, qui impulit, non tangente, aut ob antiperistasma, vt quidam aiunt, aut quòd pulsus aer motu celeriore pellat, quam eius, quòd iactum est, latio sit, qua in proprium locum fertur. In inani autem nihil horum esse potest, nec ferri quicquam, nisi vt id, quòd vehitur. f Nullus præterea potest dicere, cur id quòd motum est, alicubi stabit. Cur enim hic potius, quam ibi? quare aut quiescet, aut infinito ferri necesse est, nisi potestius aliquid impediat. Nunc vero etiam in inani, propterea quòd cedat, videntur ferri: sed inane omni ex parte similiter affectum est, ita ad omnem partem ferentur. g Sed perspicuum quoque ex his est id, quòd dicitur. Videmus enim idem pondus, corpus uè duabus de causis celerius ferri: vel quia id, per quòd fertur differt, vt per aquam, aut per aerem, aut per terram: vel quia id, quòd fertur, si cetera eadem sint, dispari est pondere, aut leuitate. Ac id quidem per quòd fertur, causa est propterea quòd impedit, maximè quidem si contra feratur, tum si maneat, idque magis, quòd diuidi facile non potest. Cuius generis est id, quòd est crassius. h A igitur per B in C tempore feretur, per D autem, quòd tenuium est partium, in tempore, si B & D longitudines æquales sint inter se pro corporis impediens ratione. Sit enim B aqua D autem aer: quo igitur aer aqua est tenuior, & minus corporeus, eo celerius A per D quam per B feretur. Habeat vero celeritas ad celeritatem rationem eandem, quam aer ad aquam habet. Quare si duplo tenuior est duplo tempore spatium B quàm D E conficiet. Atque erit C tempus temporis E duplum. Ac perpetuo quo id, per quòd fertur, minus corporeum erit, minusque aptum ad impediendum, faciliusque ad diuidendum, eo celerius feretur. Nulla autem inanis proportio est, qua à corpore excedatur, quemadmodum nihil ad numerum, si enim quatuor tria, vno excedunt, duo autem, pluribus, vnum præterea pluribus, quam duo, nulla erit proportio, qua nihil excedant. Id namque quòd excedit, in exuperantiam, & id quòd exceditur, diuidi necesse est: quare quatuor erunt id, quo excedunt & nihil. Quam quidem ob causam, nec linea punctum excedit, nisi ex punctis constet. similiter vero & inane nullam ad plenum proportionem potest habere: quare nec motus. Sed si tantum tanto per tenuissimum fertur, omnem profecto per inane exuperabit proportionem. Sit enim inane, quòd æquali sit, qua B & D magnitudine: tum si A transeat, & moueatur aliquo quidem tempore, quòd sit G breuiore vero quam E hanc quoque inane ad plenum habebit rationem.

Sed

Text. 68.

Text. 69.

Text. 70.

Text. 71.

Text. 72.



diā eam in contrariā partē vergit & rei motū impetum infringit Altera est inæqualitas pōde-  
ris & leuitatis. Nā ceteris paribus celerius descendit corpus p̄ditū maiori pōdere, quā minori.

h A igitur per B) Eadē, inquit, proportio celeritatis est motus, qui fit per spatium tenuius ad  
celeritatē eius, qui fit per crassius, quē est tenuitatis ad crassitudinē, ita nimirū vt si illud duplo  
tenuius sit, res mota duplo celerius feratur, sed vacui ad plenum quoad tenuitatem crassitē ē, ē,  
nulla p̄portio est; vt per se liquet. Ergo nulla itē erit quoad velocitatem; atq; adeo cū motus,

*Sed tanto tempore, quantum est G ipsius D partē, quæ est  
H ipsum A transit verò etiam si quid sit, quod tenuitate ab  
aere ea proportione differat, quam tempus E ad tempus G  
habet, idque F dicatur. Si enim corpus F tanta tenuitate D  
vincat, quanto tempus E ipsum G excedit A si feratur tanto  
tempore, quantum est G contraria celeritate ipsum F tran-  
sit. Si igitur in F nullum sit corpus, maiori etiam celerita-  
tē, sed in G ferebatur. Ita equali tempore inane, & plenum  
transit, quod esse non potest. Perspicuum igitur est, si ali-  
quod est tempus, in quo per vacuum aliquid feratur, hoc quod  
esse non potest, euenire. Tempore enim equali plenum, & va-  
cuum transire aliquid sumetur, propterea quod corpus vnum  
eandem ad aliud habebit proportionem, quam tempus ad tē-  
pus. Vt verò in summa dicam huiusce rei, quæ accidit,  
causa manifesta est. Omnis enim motionis ad omnem mo-  
tionem proportio est; quandoquidem est in tempore; omnis  
autem temporis ad omne tempus, modò finita ambo sint, pro-  
portio est; vacui autem ad plenum non est. Hæc igitur eue-  
niunt, quatenus ea differunt, per quæ feruntur. Hæc verò ex  
eorum, quæ feruntur, exuperantia. Videmus enim ea, quæ  
ponderis, aut leuitatis momentum maius obtinent, si, quod  
ad reliqua pertinet, figuris non differant, per equalē spatium  
celerius citari, idque ea proportione, quam magnitudines, in-  
ter se habent: quare & per inane, quod fieri non potest. Quā  
enim ob causam celerius ferentur. in plenis enim necesse est,  
quandoquidem quod maius est, celerius vi diuidit. Id nanque  
quod fertur, aut proiectum est, aut figura diuidit, aut momē-  
to, quod obtinet. Aequa igitur celeritate omnia crebuntur,  
quod esse nō potest. Ex his igitur, quæ dicta sūt, perspicuum est,  
si inane sit, contrarium eius effici, propterea quod ipsum sta-  
tuunt ij, qui illud aiunt esse.*

pus scindit; at in vacuo nullum est corpus, quod scindi debeat. Idem similiter de figuris ostē-  
di potest, nimirum figuram nihil motum expedire, aut tardare; etenim propterea plumbum  
in rotundam effigiem conformatum per aquam citissimè demeat, in bracteolam verò ex-  
pansum innatat, aut segniter admodum labitur, quia huic plus mediij, quàm illi scindendū  
occurrit. Quæ ratio in vacuo nulla est.

Capitis noni Explanatio

**A** Tqui a etiam ipsum) Etiam nunc in expugnationem vacui incumbit, hęc argu-  
mento. Si quis, inquit, tesseram in aquam iaciat confestim aqua cedit capedinem  
ei pro magnitudine exhibens, idemque præstat aer, etsi id conspectum fugiat. At hoc,  
quod omnes concedunt in spatio inani accidere non potest; siquidem celsio cor-  
poribus ditaxat cōuenit. Et tamen cū assertores vacui ponāt interuallū inane in tres dimensio-  
nes porrectum, in quo sensilia corpora excipiātur, fateti coguntur dari dimensionum pe-  
netrationem, quam fugiunt, quæq; non minus absurda est, quā si tessera per aquā ipsā mearet.

qui in spatio pleno  
exercetur, tēpus cō-  
sumat; utiq; is, qui  
in vacuo fiet, mo-  
mentaneus erit. Quod  
esse nō potest. Hæc  
rationem Aristote-  
les sūptis more suo  
elementis, longo  
orationis tractu ex-  
plicat.

i Hęc verò ex  
eorum) Ratione  
ab ipsis mobilibus  
desumpta cōcludit  
non posse in va-  
cuo motū peragi.  
Sequeretur enī duo  
corpora quantūli-  
bet pondere, aut fi-  
guris dissimilia (nā  
etiā figuræ non pa-  
rum conferunt ad  
motum) quoduis  
spatium equa celeri-  
tate decurrere, quod  
absurdum est. Con-  
secutio probatur.  
Namq; idē cū  
duo mobilia in pa-  
triā sedem tenent,  
id quod pondere,  
aut leuitate præua-  
let, locorum inter-  
capedinē citius trāf-  
mittit, & metā te-  
net: quia maiori im-  
petu medium cor-

Figure cōn-  
ferunt ad mo-  
tum.

Cur plūbitū  
rotundæ figu-  
ræ per aquā  
celerrimè de-  
scendat.

Alia vacui  
impugnatio.  
Defensores  
vacui pene-  
trationē cor-  
porū admittē-  
tere coguntur.

Nec

Text. 73.

Text. 74.

Text. 75.



Preoccupat.

Nec euedunt si respondeant dimēſiones vacui non eſſe affectas qualitatibus ſenſum mouen-  
ribus. Etenim cauſa cur plura corpora ſimul eſſe nequeant, non eſt lenſilium qualitatū per-  
miſtio, ſed tergemina dimenſio. Quare ſi ipſa etiam teſſera omnibus accidentibus exuat, non minus ei tunc aque penetratio repugnat, quā nunc.

Argumentū à raritate & denſitate ad probandum vacuum.

Sunt autem nonnulli } Conſtat iſis, qui vacuum lacionis gratia ponendum conten-  
debant, accedit nunc ad eos reſellendos, qui argumento à raritate & ſpiciſitudine, & iſis, que  
circa hæc verſantur, alterationibus peti-  
to, vacuum corpo-  
ribus infernum da-  
ri probabant hunc  
in modum. Non  
poſſunt corpora in  
denſitatem coire ni-  
ſi earum partes ſu-  
beant meatus, qui  
antea inanes erāt,  
nec item rareſcere  
niſi dum ſeſe ex-  
tendunt ac dilatant, par-  
tes aliquas interius  
inanes relinquunt.  
Negari igitur non  
debet ineſſe corpo-  
ribus huiusmodi va-  
cuum.

C A P. IX.

**I** quidem inane putant eſſe ipſum per ſe ſeparatum ſi mo-  
tus in loco eſſe debeat. Hæc verò proinde eſt ac locū ſepa-  
ratū quid eſſe affirmare, quod quidē eſſe nō poſſe, antea eſt  
traditū. Atqui etiam ſi ipſū per ſe conſideremus, id, quod ina-  
ne dicitur, re vera inane videbitur. Quemadmodū enim ſi teſ-  
ſeram in aqua aliquis merſerit, tantundem aque cedit, quanta  
eſt teſſera, ita & in aere, quanquam ſenſum ſubterfugiat.  
Atque perpetuo corpus omne, quod poteſt cedere, eo, quo ce-  
dere aptum eſt, neceſſe eſt, niſi comprimatur, cedere, aut de-  
orſum ſemper, ſi latio deorſum ſit, vt terræ, aut ſurſum, ſi  
ignis, aut ad vtrunque locum, ſi aer, qualecunque id fuerit,  
quod in eo ponatur. At in inani eſſe quidem hoc non poteſt,  
quippe quod corpus non eſt. Per teſſeram autem æqualis di-  
menſio, que prius erat in inani, meate videbitur: quemadmo-  
dum ſi aqua, aut aer teſſeræ lignæ non cederet, ſed omni ex  
parte per ipſam mearet. Atqui & teſſera tanta eſt magni-  
tudine, quantum inane occupat, que etſi calida eſt, aut fri-  
gida, aut grauis, aut leuis, nihilominus tamen ratione ab om-  
nibus affectibus, etſi non ſeparata, diuerſa eſt. Molem autē  
dico teſſeræ lignæ. Quare etiam ſi ab alijs omnibus ſeparata  
fuerit, & neque grauis ſit, neque leuis, æquale inanis ſpatium  
occupabit, in eademque loci & inanis erit parte, que ei ſit  
æqualis: qua igitur re teſſeræ corpus ab æquali inani, locoq;  
differet? At ſi duo eius generis in eodem erunt, cur non &  
quotcunque? vnum igitur hoc abſurdum eſt, & quod eſſe nō  
poſſit. Perſpicuum verò etiam eſt, teſſeram, cū transfertur,  
id habere, quod alia omnia habent corpora. Quare ſi à loco  
nihil differt, quid attinet corporibus locum facere præter vni-  
uſcuiusque mole, ſi moles affectuum expers? Nihil enim cō-  
ducit, ſi eiſmodi aliud æquale interuallum circa ipſam po-  
natur. Oportet præterea manifeſtum eſſe, quale in his, que  
mouentur, inane ſit nunc autem nuſquam eſt intra mundum.  
Aer nanque aliquid eſt, quanuis non videatur, neque aqua ſi  
piſces eſſent ferrei.

Text. 76.

Text. 77.

Text. 78.

Rei

Quod ſi non  
ſit } Si quis forte  
predicte rationi oc-  
curreret, coitionē,  
dilatationēve cor-  
porū negando; con-  
feſtim obijciabant  
ſequi inde nullum  
dari motum, aut ſi  
detur, cælum flu-  
ctuare, vt Xuthus  
Pythagoricus aie-  
bat. Nam cieri per  
aerem lapis nō po-  
teſt, niſi occurrantē  
ſibi aerem abigat,  
pellatque. Pellit ve-  
rò nequit, niſi vel  
aliquantulum com-  
primatur, & coeat  
in anguſtum, vt adi-  
tū nouo hoſpiti fa-  
ciat; vel omnia cor-  
pora vicina eodem  
puluſu ſeſe trudent, quouſq; ad cælū ipſū perueniatur, quod loco cedat, & more reſtagnātis pe-  
lagi fluctuet. Obijciabant etiam, niſi corpora nunc in raritatem abeant, nunc in denſitatem  
coeat, futurum vt cū ex aqua oritur aer, neceſſariò tantundem aque alibi ex aere generetur,  
vt æqua proportione vbique regionum ſpatia occupentur; alioqui admitteſſendam predicte  
mundi fluctuationem.

Xuthus Pythagoricus.

Refutatio va-  
cui in corpo-  
ribus incluſi.

d Si igitur rarū } Aſſertores vacui intra corpora incubantis refutat: Nam vel ſuum illud  
rarum cohibet multa vacua ſeparata, hoc eſt magna, quale eſt vacuum à corporibus  
abiu-



abundantiam: vel duntaxat parua. Si dent primum, iam eisdem argumentis conuincuntur, quibus ij, qui separatam vacuum inducere, de quibus supra. Si posterius, concedant necesse est non omnis motus vacuum causam esse, siquidem raritas, quam leuitas comitatur, non nisi motui, quo sursum itur, obsequit; & densitas, ex qua grauitas oritur, non iuuat nisi motui, quo pondera deorsum tendunt. Sequitur preterea contra eorum dogmata vacuum non esse causam motus, tanquam id, in quo res mouetur, quod ad spatium pertinet, sed tanquam id,

à quo fertur: quo modo vtres inflati, quia leues, natante sustinent.

e Atqui inanis latitudo demonstrat vacuum non posse motus causam esse eo modo, quo vtres, qui corpus eis applicitum euehant, quasi vacuum corpora ipsa secum rapiat; quia admittendum esset locum, motumque vacuum conuenire, atque ita dari vacui vacuum, cum vacuum locus sit. Que omnia à vero absunt. Nam si vacui statuunt causam motus, quo in sublimetur, nullam iam causam, cur pondera in inferiorem locum vergant, afferre possunt: quandoquidem fieri nequit ut idem specie sit causa motuum specie differetium. Preterea sequeretur vacuum summa celeritate corpora delaturum, cum summam raritatem celeritas summa consequatur.

f Cum verò vacuum Argumentum à densitate & raritate, quo veteres philosophi vacuum corporibus imbibitum suadebant, quia

Rei enim, que tangi potest, iudicium pertinet ad tactum. Inane itaque separatam non esse, ex his constat. b Sunt autem nonnulli qui ex raro, & denso putant perspicuum esse vacuum existere. Nisi enim rarum, ac densum sint, ne coitum quidem & compressionem esse posse. c Quod si non sit, aut omnino motum futurum non esse, aut vniuersum (vt ait Xuthus) fluctuatum, aut in æqualem semper aerem, & aquam mutationem esse, quemadmodum si ex aque poculo aer genitus sit, simul ex æquali aere tantundem aque genitum esse, aut necessarium inane esse. Aliter namque cogi, aut distendi non posse. d Si igitur rarum id esse aiunt, quod multa inania continet separata, perspicuum est si inane separatam esse non possit, quemadmodum nec locus spatium habens, nec rarum quidem sic esse. Quod si non separatam, sed tamen aliquod inane inesse aiunt, minus quidem non esse non potest. Efficitur autem primum non omnis motus causam inane esse, sed eius, quo in sublime itur, quandoque rarum leue est, que etiam causa est, vt ignem rarum esse inuiant: deinde motus causa inane non sic esse, vt id in quo, sed quemadmodum vtres, quod ipsi sursum ferantur, id quod coheret, efferunt, ita & inane sursum ducere. e Atqui inanis latitudo, aut locus, qui esse potest? inanis enim inane erit, ad quod feretur. Quam item rei grauis latitudinis deorsum causam esse assignabunt? quin etiam constat, si quo rarius quidpiam, & inanius fuerit, eo celerius sursum feretur, si omnino erit inane, celerrime delatum iri. Fortasse verò & fieri non potest, vt hoc moueatur. Eadem verò est ratio, vt quemadmodum in inani omnia sunt immobilia, ita & inane sit immobile. Conferri enim inter se celeritates non possunt. f Cui verò vacuum non esse quidem dicamus de alijs autem verè sit dubitatum, aut motus non erit si densatio, & rarefactio non fuerint, aut cælum fluctuabit, aut aqua ex aere, & aer ex aqua semper æqualis fiet, quandoquidem constat ex aqua plus aeris fieri. Necesse est igitur nisi sit compressio, aut id quod hæret, pulsus efficere, vt quod extremum est fluitet, aut alio in loco ex æquali aere in aquam fieri mutationem, vt vniuersi tota moles sit æqualis, aut nihil moueri.

Semper

non nihil habet difficultatis, hoc loco repetit, monetque non ei satis fieri si quis dicat absque compressione, & vacuo, ceterisque incommodis posse corpora in orbem agi, adhuc enim super sunt lationes recte pro quibus alia solutio reddenda sit.

g Nos autem ex ijs) Causam cur rarefiant, & densentur corpora, non ad inane, sed ad materiam, que raritati, & densitati, alijsque accidentibus subiecta est, referendam esse

Sal a

inquit

Vacuum non posse esse causam motus

Cur rarefiant & densentur corpora.



inquit. Quod ut planè intelligatur, quædam ex ijs, quæ de natura materiæ, eiusque facultatibus in primo huius operis explicata sunt, inculcat.

Quomodo  
rarescant, &  
addensentur  
corpora.

h Simili igitur modo } Docet quemadmodum vna eademque materia ob insitæ potestatis amplitudinem alio & alio tempore calefit & frigescit, congelascit, & soluitur, funditur, premitur, insculpitur, effigiatur, & denique omnes tam substantiales, quam accidentarias formas alternat: sic idè corpus rarefieri, addensariq; nulla extrinsecus facta accessione vel detractione. Quæadmo-

dum, inquit, si ponamus maioris orbis conuexitatem contrahi, siue eadem, quæ antea erat, esse perhibeatur, siue alia, nihil quod antea non esset, conuexum euasit, sed è minori conuexitate maior effecta est, siquidè quo minor est orbis, eo circumferentia magis conuexa est & contracta: sic cum raritatem, aut densitatem corpus accipit, eadem materia, quæ est in potestate ut nunc rara sit, nunc densa, & ex consequenti, ut nunc amplior, nunc contractior molem obtineat, perducitur ad huiusmodi actum nulla denuò addita, vel adempta materiæ, vel quantitatis portione. Itaque cum aer ex aqua gignitur tota aquæ materia recipit actum formam aeris, & vberiore quantitate, ad quæ erat in potentia, idque nulla noua materiæ parte assumpta. Item cum ex aere aqua oritur, tota aeris materia, quæ potestatem habebat

*Semper enim cum sit translatio hoc accidet, nisi in orbem circumobstiterit: non semper autem in orbem latio est, sed etiam in reëctum. Hi igitur ob causas eiusmodi vacuum aliquod esse assueuerent. Nos autem ex his, quæ posita sunt, dicimus vnam esse contrariorum materiam, & calidi, & frigidi, & aliarum naturalium repugnantiarum. Atque ex eo quod potestate est, id quod actu est, fit. Et separabilis quidem non est materia, ratione autem diuersa, atque numero vna, verbi gratia, coloris, & calidi & frigidi. Est verò corporis materia eadem, & magni, & parui, quod quidem perspicuum est. Cum enim ex aqua aer fit, eadem materia, re alia nulla assumpta, aer facta est, sed quod erat potestate, actu factum est. Rursus aqua ex aere simili modo, interdum quidem è magnitudine in paruitatem, interdum è paruitate in magnitudinem. h Simili igitur modo si aer ex magna mole in minorem, & è minori in maiorem mutetur, materiæ, quæ potestate est, vtrunque fit. Quemadmodum enim è frigida calida, & è calida frigida eadem fit, quia est potestate, ita & ex calida calidior nulla materiæ parte, quæ calida non esset, cum minus calida erat, calida redditur, quemadmodum neque siorbis maioris circumferentia, & conuexitas minoris fiat, vel eadem, vel alia, nihil conuexum factum est, quod antea conuexum non esset, sed reëctum. Non enim intermissione aliquid magis est, aut minus. Nec item flammæ vllam magnitudinem licet accipere, in qua albor, & calor non insit. Sic igitur & calor prior ad posteriorem se habet. Quare & molis, quæ cadit sub sensum, magnitudo, & paruitas tenditur, non quod res vlla ad materiam accedat, sed quoniam in materia vtriusque inest facultas. Idem itaque est rarum & densum, & vna eorum materia. i Est autem densum quidè graue, rarum verò leue. Duo enim sunt in vtroque & densum, & raro. Nã & graue & durum densa videntur esse, contrariaq; rara, leue & molle. Graue autem & durum discordant in plumbo & ferro. Ex his ergo, quæ dicta sunt, perspicuum est inane non esse neque separatum, seu omnino, seu in raro, neque potestate, nisi quis velit latioris causam inane omnino appellare.*

Text. 84.

Text. 85.

Text. 86.

Quo modo  
rarum & densum  
ad leuitatem &  
grauitatem sese  
habeant.

ut aque formam indueret, & sub minori mole esset, vtrunque actu excipit: neque verò aut in aere inanes meatus relinquuntur materia rarefcente, aut in aqua obturantur, crassescente. i Est autem densum } Quoniam ij, qui vacuum corporibus inclusum adhibebant, densitatem & raritatem causam motus predicabant, exponit hoc loco Aristoteles, quoniam parum & densum ad leuitatem & grauitatem sese habeant aiens, id, quod densum est, grauitate pollere, quod rarum, leuitate; itemque densum vna cum grauitate duritatem, raro vna cum

cum



em leuitate mollitudinem competere: licet hoc non ita sit perpetuum, vt quo quidque durius est, eo sit grauius; siquidem plumbum ferro est grauius, & tamen mollius: quod item in auro & argento viuo si cum eodem ferro vel ere conforatur, intueri licet. Huusce diue: sitatis causa videtur esse, quia plumbum, argentum viuum, & aurum plus habent de terrena concre- tione, ideoque preponderant; crudiora tamen sunt & minus cocta, vnde & molliora. Lege M. Albertum in Miner. Georgium Agricola in lib. de ortu & causis subterraneorum; & in lib. de natura fossilium.

*Sic verò grauis, leuisq; rei materia, vt talis est, inane erit. Densum namque & rarum, quatenus hac repugnantia pre- dita sunt, lationis sunt efficiencia: qua verò ex parte du- rum sunt, & molle, passionis & impatibilitatis, & non lationis, sed alterationis potius. Et de inani quidem quemad- modum est, & non est, hoc modo sit definitum.*

sertum, quòd rarefactionis sit causa; nec potestate, idest corporibus immistum, licet ratione ab eis diuersum, vt interpretatur Philopon. Nisi quis vacui nomine abuti velit pro causa motus: sic enim admitti vacuū potest, ac debet, quia materia grauitate & leuitate affecta, prout est eiusmodi, lationem efficit, esto quatenus mollitudinem, & duritiem obtinet, non mouen- di, sed patiendi, & resistendi, atque alterationes subeundi causa habeatur.

• Observa ad tex. 84. doctrinam Aristotelis asserentis rarefieri & densari materiā absque vlli- us noue rei accessu, recessu. Quod nobis vsui erit ad constituendam in libris de ortu, & interitu affirmatiuam partem eius questionis, qua vtrum in rarefactione noua quantitas co- parari soleat, disquiritur.

## Q V Æ S T I O I.

V T R V M N E V A C V V M I N N A-  
ra detur; an non.

### A R T I C V L V S I.

Q V I B V S A R G V M E N T I S  
videatur dari.

**S** I Aristoteles eorum argumenta, qui vacuum inducere conabantur accuratè diluerit, non desunt tamen alia, quæ id astruere videantur. In primis enim sic licet argumentari. Quicquid in eo spatio est, in quo prius nullum corpus fue- rat, & tamen esse poterat; id existit vbi prius fuit vacuū; atqui mū- dus est nunc in eo spatio, in quo ante rerum procreationem nullum corpus extiterat, poterat tamen esse, vt euentus comprobauit; Est igitur in spatio, quod prius vacuum fuit; atque adeò aliquando fuit vacuum.

Secundò.

Non quòd vnūquodq; ducit, eo grauius.

Epilogus dis- putationis de vacuo.

Questio de acquisitione quantitatē in rarefactione

1. argum.



2. argum.

Theologorum  
sententia ce-  
li Empyreū  
esse quadra-  
tum.

3. argum.

4. argum.

5. argum.

6. argum.

Natura refle-  
ctitur in se  
ipsam.  
6. arg.

Secundò. Aristoteles 2. de cælo cap. 4. tex. 27. probat sphaeras cælestes esse in speciem rotundam conglobatas, quia alioqui daretur vacuum; oporteret enim ob succedentium angulorum vicissitudinem nunc esse corpus vbi antea non erat, rursusque non esse, vbi antea fuerat. Hoc posito sic ratio concluditur. Cælum Empyreum, vt est recepta Theologorum doctrina, non constat figura rotunda, sed quadrata; ergo si moueatur, dabitur vacuum; at cum sit corpus physicum potest naturaliter moueri; potest ergo naturaliter dari vacuum.

Tertiò. Si vas plenum aqua calida vndique obturatū in loco perfrigido collocetur, aqua in gelu concrefcet, densiorque effecta minorem spatij intercapedinem occupabit; ergo aliquid spatij intra vas inane relinquetur, atque ita natura ipsa vacuum efficiet.

Quartò. Sit duæ tabulæ perfectè planæ sic inter se coniunctæ, & coherentes, vt nihil prorsus inter eas interiectum sit; harum vna poterit ab altera vi naturæ abiungi, ac secundum omnes partes simul eleuari; hoc autem non fiet nisi dato vacuo; potest igitur naturaliter vacuum induci. Minor probatur, quia spatium fufum inter duas tabulas nō potest accessu alterius corporis momento repleri; nec verò immediatè post; cum neque motus puncto temporis fiat, neque immediatè post totum eiusmodi spatium repleri queat.

Quintò. Si natura tantopere horreret vacuum, oporteret eius vitandi gratia interdum vnum corpus relicta naturali statione, ad locum alium sibi repugnantem cum priuato incommodo, propter commune bonum vniuersi commigrare; sed hoc non videtur naturæ consentaneum; non igitur natura vacuum odit. Assumptio ita probatur. Vehementior est inclinatio cuiusque rei ad suum peculiare bonum tuendum, & procurandum; quàm ad commune; ergo nullum corpus cum suo detrimento propter commune bonum proprium locum deseret. Hoc antecedens ostenditur, quia natura, vt dici solet, reflectitur in se ipsam, nec alterius bonum nisi gratia sui quærit; vnde est illud Aristotelis 8. Ethicorum cap. 2. Bonum amabile est, maximè autem vnicuique proprium; ergo vehementius appetit proprium, quam commune bonum.

Sextò. Siquis à Deo in extrema cæli ora constituatur, poterit inde extra cælum manum tendere, aut iaculum intorquere; ergo extra cælum est spatium non repletum corpore, aptum tamen repleri, atque adeò vacuum.

**ARTICVLVS II.**

**NULLIBI DARI IN**

**natura vacuum.**

**Non**



**N**on tantus fuit veterum Philosophorum in negando vacuo consensus, quanta est totius naturæ ad illud impediendum conspiratio. Fuerunt enim nonnulli, quos Aristoteles hoc in lib. cap. 6. Plutarchus 1. de placitis Philosophorum cap. 18. & Theodoretus in lib. de materia & mundo commemorant, qui asseruerunt dari vacuum; & alij quidem extra mundum, vt Stoici & Pythagorici, qui supra cælestes globos infinitum inane posuere aientes inspirari, communicarique id mundo, vt eius interuentu direptaque ea, quæ cæli ambitu coercentur, diuidi & distingui inter se possent; alioqui futurum vt omnia in turbatam congeriem, naturamve vnã concreverent. Alij autem vacuum corporibus immixtum, ac per mundi vniuersitatem porrectum inuexere, vt Democritus, & Leucippus, quos deinde secutus est Epicureorum grex. Quid enim hi vacuum negarent, qui in dolorum vacuitate, & inani voluptatum illecebra felicitatem collocabant?

At non dari vacuum in rerum natura, tum experientia Philosophiæ magistra, tum ratio persuadet. Experientia, quia propterea, verbi gratia, latera follium, si constricta sint, nulla vi diduci queunt, nisi aperto orificio, quo aer interiectum spatium occupaturus subeat. Ob id si aer ex fistula attrahatur, confestim aqua ascendit. Ideo si ophiolæ calefactum aerem intra se cohibentis supra aquam ponatur paulatim aqua sursum com meat; aer enim contactu aquæ refrigeratus addensatur & coit; sicque minorem occupat locum. Eademque causa est, cur cucurbitulæ, quæ medicis in vtu esse solent, carnem sursum attrahant, nimirum quia aer, qui prius igni incaluerat, & in raritatem abierat, extincta flamma, frigiditatem, & densitatem recipit, atque adeo in minorem contractus molem inane spatium relinqueret, nisi ad id replendum caro eleuaretur. Denique idem conspicitur in multis machinis, alijsque rebus artis ingenio fabricatis, quibus hæc naturæ inanitatem fugientis solertia summam præbet commoditatem.

## ARTICVLVS III.

QVAM OB REM NATVRA  
tantopere vacuum exhorrescat.

**C**ommonstrat etiam ratio physica non debuisse in rebus admitti vacuum. Vbi se nobis duplicis causæ consideratio offert; nempe finis, ob quem natura vacuum fugiat, & efficientis, siue mediorum, quorum interuentu, ac vi in eo impediendo vtatur. Quod ad primum attinet, constat ingenitum esse rebus omnibus sese tuendi, & conseruandi appetitum. Hinc enim est sollicitudo illa, qua salutaria & vtilia quærunt, noxiaque declinant; hinc elementarijs corporibus

Assertores vā  
cui.Stoici, & Py-  
thagorici.Item Demo-  
critus, Leucip-  
pus, & Epicu-  
rei.

Conclusio.

Cur cucurbitu-  
læ, quibus  
medici vtun-  
tur carnē in-  
tumentem ele-  
uent.De exemplo  
cucurbitarū  
lege Aphrodi-  
sem in pro-  
blem. lib. 2.  
9. 36.



poribus ad procreandum sibi simile inclinatio: hinc animantibus in educando fœtu cura, & vigilantia: hinc literatis hominibus tam acre studium componendi libros: hinc Rempubicam tractantibus, & ijs qui militarem vitam sequuntur, alijsque eiusmodi, tam ardens desiderium relinquendi aliquod rei abse præclare gestæ monumentum, aut trophæum. Videlicet quia hunc in modum res omnes caducæ ab interitu sese vindicare student; ac si non numero, saltem specie; si non per se, per ea saltem, quæ ad ipsas pertinent immortalitatem obtinere nituntur; vt ita ad diuinæ naturæ similitudinem, quantum fieri possit, accedant. Speciatim verò, quod rem præsentem propius attingit, non ob aliam sanè rationem tantus cuiuslibet corporis partibus mutuz inter se coniunctionis & societatis amor insidet. Hic nempe amor eas consecretari facit figuram rotundam (quæ maxima est vnionis conciliatrix, vt pote in qua nihil dissidet, nihil absistit, nulla est inæqualitas) hic inquam amor eas in rotunditatem componit, vt videre est in aquæ guttulis, quæ frondium lanugini, faxis ve illatæ confestim se in orbem affingunt, & è tegulis dependentes in rotundam speciem coeunt, dumque nativum pondus, quod eas deorsum trudit, vincere possunt, conglobatæ cohærent: videlicet quia vnitæ, & collectæ multo fortius operantur, & aduersariorum iniurias repellunt, atque adeo incolumitatem, & diuturnitatem conseruant. Porro autem quod partes in tuo particulari toto faciunt, idem quoque præstant inter se singula corpora in sublunari mundo, cuius structura ex ijs quasi mēbris coagmentatur, & coalescit. Certatim namque se vicinis agglutinant, & in vnum, quoad fieri potest, coeunt, quia nimirum diuisis partibus necesse est totum dissipari, & everti. Qua de re ita philosophatur Crassus ille Ciceronianus 3. de Oratore. Ac mihi quidem veteres illi maius quoddam animo complexi, plus multo etiam vidisse videntur, quàm quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest, qui omnia hæc, quæ supra, & subter vnum esse, ac vna vi & consensione naturæ constricta esse dixerunt; nullum enim est genus rerum, quod aut auulsum à cæteris per se ipsum costare, aut quo cætera si careant, vim suam, atque æternitatem conseruare possint.

Sciendum tamen ob id vel maximè partes vniuersi mutuam cohæsiõnem tantopere affectare, vt ita excipiant, reddantque inuicem cælestium corporum influxum, à quo hæc inferiora dependent; vt i. Meteor. c. 2. Aristoteles ait. Atque hæc tandem ratio, & causa est cur natura vacuū fugiat; videlicet quia vacuum dissoluit illam rerum conseruatricem vnionem, impeditque ne sublunaris mundus dilapsam è cælo vim hauriat; cum fieri nequeat vt per inane interstitium vis illa traijciatur. Vbi animaduertere licet vnumquodque ens naturale ad duo conseruanda obnixè contendere, nempe ad commune totius naturæ, & ad suum proprium, ac peculiare bonum. Enim verò cum quæuis res Physica & ens quoddam particulare sit,

Legē Cic. 2. de nat. deorū  
D. Basilium  
ho. 9. Hera.  
Legē Aristot.  
telem 2. de anima cap. 4.  
text 34. i. de cœl. c. 9 text. 100.  
De hac vnionis excellētia & appetitu perlege caput. D. Dion. de diu. nom.

Natura diuinæ immortalitatis simula.

Corporibus vnde vnitas coniuñctio amor.

Figura rotunda vnionis conciliatrix.

Vnita & collecta fortius agunt, & aduersariorum vim repellunt.

Crassus Ciceronianus.

Cur à vacuo abhorreat natura.

Duplex consideratio cuiusque rei physice.

D. Th. tra. 1.

Legē R. dum 11. 14. q. 3. c. princip.



D. Tho. 3. cō-  
tra gent. c. 37.

si in se præcisè spectetur; & simul etiam ad naturæ communitatem pertineat, prout est totius vniuersi mēbrum; vt quidem priori modo se habet suum priuatum bonū expetit, vt posteriori cōmune. Quod cōmune quanto excellentius est, ac diuinius, vt 1. Ethic. c. 2. Aristoteles docet, tantò ad ipsum vehementiori conatu aspirat. Et si inde aliquid interdū capiat detrimenti; veluti cū se manus iētui exponit, vt caput incolume seruet, hominemque ab interitu vēdicet. Et hoc quidem non infrequenter accidere consuevit, dum corpora mutuae societatis, & coniunctionis bonum quærunt, & vacuum vti malum toti naturæ maxime perniciosum impediunt. Etenim sæpe eius rei causa corpora graua, nulla externa vi impellente, in sublime feruntur, ibique manent: sæpe leuia deorsum tendunt, & in loco inferiori subsistunt, sæpe etiam contraria, quæ se alioqui fugiunt, ac mutuū congressum deuitant, quasi deposita antipathia in vnum coeunt.

Hic est igitur à Philosophis potissimum celebratus finis, ob quē vacuum natura horret. Si quis tamen Aristotelis dogmata circa vacuum perpendat, inueniet aliā præterea eius fugæ causam esse quærendam: siquidem lib. 2. de cælo cap. 4. text. 27. probat non conuenire supremæ spheræ aliam figuram, quàm rotundam; quia alioqui esset inibi vacuum, vt 2. proximi art. argumento ostendebamus: Liquet autem eiusmodi vacuo non inuehi ea, quæ diximus, incōmoda; cū extra cælum non sint corpora, quorum societas dirimi; nec influxus, cuius transmissio impediri queat; quem finem asseruimus à natura in impediendo vacuo spectari. Dicendum ergo in primis hoc vacuū improprie rationē vacui sortiri, vt progressu patebit, itēque minoris momenti esse; quia ex eo prædicta absurda minimè sequerentur: deinde propterea neque hoc permitti à natura, quia magna videtur imperfectio esse, vt spatium, quod aliquo corpore semel natura occupauit, postea inane relinquat, siue id intra cæli complexū, siue extra mundum accidat.

Lege Richardum in 2. d. 14. q. 3. circa 3. princip.

Ad cōmuniā bonū ardentiori conatu tendit natura.

Vacuum toti naturæ perniciosum.

Alia causa vitandi vacui apud Aristotelem.

Quoddā genus vacui inuis proprijs.

ARTICVLVS III.

QVA VI, QVIBVS VE MEDIIS VTA-  
tur natura ad declinandum vacuum.

**Q**Uod verò spectat ad causam actiuam instrumentariā aliæ media, quorum interuentu quodlibet corpus obstitit ne vacuum detur, vel ad id impediendū quolibet modo accurrat: dicimus eam causam non vnā esse. Frequenter enim vtitur natura ad id cōmuni quadam vi motrice, quæ ad hoc munus omnibus corporibus sublunaribus, (præter peculiare suas virtutes, quibus propria loca petūt) videtur attributa, cuius impulsu ad omnē loci differentiam, cū opus est, rapiuntur. Sicuti impulsus externus, eiusdem speciei cū sit, ad oia locorū discrimina obseruit, prout à causa impellente dirigitur.

De vi motrice in hæ reuolubis subiectis corporibus ad impediendum vacuum.

Tte dum



dum verò non hanc vim adhibet, sed asciscit operam alteratricium qualitatum, quæ corpus rarefaciunt, & in ampliorem molè fundūt. Nonnūquam magno impetu vasa frangit, aut denique alia id genus media, prout occasio, & necessitas fert, accōmodat. Quin etiā haud rarò, nullo motu, nulla actione nulla denique vi effectrice; sed per negatiuam quandā obfistentiā vacuo repugnat; vt cū latera folliū cōpressa, clauso orificio diuelli non finit. Sēper tamen natura in his, vt in cæteris rebus cōpendio studet; & quātū potest facilioribus ac simpliciorib⁹ vtitur medijs; vt, exēpli gratia, si ad fugā vacui, corp⁹ fursū attrahere, quā densatione impedire, prōptius sit, illud præstat, non hoc: si contrā; hoc, non illud. Item si per solum motū localem sine rarefactione corpus aliūde trahere sufficiat, rarefactioni parcat; alioqui vtrunque exhibet. Ita patet qui finis sit, ob quē natura vacuum odit, & qua vi ad id impediendum vti consuescat.

## ARTICVLVS V.

## ARGVMENTA INITIO

## proposita nihil conficere.

**A**Rgumenta verò, quæ inane suadere nitebātur, nequaquā persuadent. Quare eorum primo occurrendum erit ad rationem vacui non sat esse corporis negationem, sed requiri priuationem, hoc est locum non repletum corpore, aptum tamen repleri: at ante mundi creationem eiusmodi locus non extitit, cū nullius adhuc superficies corporis vsquam esset. Quod si quis minus quidem Philosophicè sentiens neget ad rationē vacui locum requiri, negare tamen non poterit exigi naturalē aptitudinem ad excipienda corpora; antequam autem mundus conderetur, aptitudo spatij non erat naturalis: cum non posset ab agente naturali ad actū perducī. Quare non rectè Auerroes 4. huius operis com. 6. & 1. de cælo. com. 92. intulit ab ijs, qui mundi nouitatem defendunt, concedendum esse, in eo spatio, in quo mundus continetur, vacuum fuisse.

Ad secundum dicendum cælum Empyreum quanuis non habeat figuram idoneam ad circularem motum; sed ad cælestis patriæ curiam, & beatorū sedes accōmodatam, posse tamē vtcunque moueri, nec eius motu absolutè extra mundum inductū iri vacuum; sed vacui cōmutationem ex vna parte in aliam; si quidem quantū spatij secundum angulos, si moueretur, desereret, & vacuum relinqueret; tantundem successiuè occuparet, versus eam partem, ad quam tenderet. Illam verò Aristotelis argumentationem, oportere cælos esse figuræ rotundæ, quia alioqui, dum mouentur, vacuum daretur, nō necessariam esse; sed probabilē, quia esto naturaliter impossibile non sit moueri cælos, licet angulari figura præditi essent; tamen non cōuenit eos talis figuræ esse, vt spatium semel corpore occupatum rursus

Semper natura cōpendio studet.

Sol. 1. arg.

Ratio vacui exigit in spatio naturalē aptitudinē ad capiendā corpora.

Sol. 2.

Ex Motu cæli Empyreici, licet quadratū sit, non sequetur dari propriè vacuum extra mundū.



ius motu suo vacuum relinquunt. Quod si quis opponat sequi ex his dari nunc viribus naturæ vacuum ad extimam cæli Empyreï superficiem, quandoquidem est ibi spatium vacans corpore, quod occupari posset angulis prominentibus eius cæli si in orbem versaretur, quod naturaliter fieri posse admittimus. Respondendum erit eiusmodi vacuum non habere propriè rationē vacui, quia præterquam quod nō circūfunditur loco, nequit repleri naturaliter, nisi ex alia parte deferendo, & relinquendo inane tantundem spatij.

Tertium pari facilitate dissolvitur. Aqua enim vase illo contenta, vel non concresecet inhibente concretionem natura, quæ vacui periculum antevertit. Vel si concresecet, vas ipsum disrumpetur: debent autem partes vasis ita à se mutuò abiungi, & aeri subeunti locū dare, vt in eo instanti, quo fractio terminatur, congelatio extrinsecus inchoetur: alioqui si fractio & congelatio eodem momento inciperent, cum immediatè post inceptionem congelationis, peracta fractio esse nequeat; haud dubiè medio illo tempore non nihil vacui intra ipsum vas daretur. Solet tamen hoc loco disputari si ponamus tam ex parte aquæ, quàm ex parte virtutis condensantis, atque etiam ipsius vasis, æqualiter se habere omnia, qua nam parte frangendum sit vas; cum nec secundum omnem partem comminui possit, nec vlla sit ratio, cur hac potius quam illa disrumpi debeat. Sunt qui respondeant frangendum qua parte forte fortuna acciderit, quibus fauet D. Thomas 2. de cæl. ad text. 93. Verùm non rectè ad casum confugiunt, vbi assignare nequeunt causam per accidens coniunctam causæ per se, quod ad casum necessariò requiritur. Alij censent quemadmodum cum ignis aquam excafcit, ideo hunc potius singularem calorem, quàm illum producit; quia agit in hoc subiectum, hoc tempore, & loco, ac denique sub hac circumstantiarum collectione: ita vas illud hæc potius, quàm illac defringendum; quia concurrunt tales circumstantiæ, quibus non nisi secundum hæc partem frangi possit. Sed neque hæc responsio satisfacit, vt constat ex ijs, quæ à nobis 2. huiusce operis dicta sunt: cum ostēdimus effecta quoad singularitatē non præfiniri, & determinari præcisè ab ijs circumstantijs, sed à prima causa: Quare idē in præsentī difficultate dicendū erit: spectat nanque ad naturæ principem, & auctore Deū limitare naturalium causarum concursum circa hæc, aut illa singularia, ad quæ producenda indiscriminatim, atque indefinitè se habent causæ secūdæ, vt loco citato planius differuimus. <sup>a</sup> Responderi etiam potest, in proposito euentu nullatenus in gelu cogendā aquā, neque frangendū vas, vt antea dicebamus: Nā quod corpus vndique æqualiter resistēs minimè cedat, aut fractioni succūbat, patet tū alijs experimentis; tū eo, quod si ouū prematur qua parte in longū, ac geminos vertrices se porrigit, ne à robustissimo quidē cōminui valet, quia videlicet sub ea figura vndique se æqualiter fulcit, ac resistit. Qua de re lege Leuinum lib. 4. de occultis naturæ miraculis c. 14.

Sol. 2.

Congelatio aque in vase contentæ, & vasis fractio non possunt in eodem instanti incipere. Dub.

Quorundam responsio.

Responsio aliorum.

Legitima explicatio dub. Primæ causæ est præfinire cōcursum naturalium causarum quoad effectorū singularitatem.

<sup>a</sup> Alia eiusdē dub. enodatio.



Sol. 4.

Quartò satisfit negando è duabus tabulis perfectè planis posse alteram ab altera ita abiungi, vt pariter secundum omnes partes leuetur; quanuis si vna supra aliam successiuè trahatur, mutuo seperari queant. Neque hoc mirum videri debet; cum experientia constet non posse tabulam planam simul totam ab aqua extolli, quin pariter aqua tabulæ inhærescens in sublime feratur. Quod apertius etiã cernere licet in follibus, quorum latera, vt non semel diximus, nullo pacto separari queunt ocluso orificio, quo se aer insinuat. Hinc collige sicuti eiusmodi tabula secundum omnes partes ab altera simul deglutinari non potest; ita neque secundum omnes simul posse cum ea proximè copulari. Id quod ex eo constat; quia quemadmodum si prædictæ tabulæ secundum omnes partes à se pariter diiungerentur oporteret aerem incipere simul existere in quauis parte tabularum per vltimum non esse, quod fieri nequit (cum aer immediate post instans eleuationis non possit ad tabularum medium peruenire, sed antequam eò perueniat decurrere prius debeat totū spatium, quod inter initium, mediumque ipsarum intercedit) ita si secundum omnes partes simul iungerentur oporteret aerem desinere esse simul in quauis parte tabularum per primū nō esse, quod pari modo admitti non debet, vt ex proxima ratione liquet. Itaque quoties duæ tabulæ simul iunguntur, non immediate sese contingunt sed alio corpore interiacente, vt aere, verbi gratia, aut aqua. Id quod ita se habere asserit Aristoteles 3. de anima cap. 11. text. 113.

Obiectio.

Quod si quis obieciat sequi ex dictis posse tantulum aerem tenere ingentem ferri molem ne descendat, ne vè proximè cum subiecto corpore copuletur: occurrendum erit non debere id absurdum, aut à veritate alienum iudicari; cum secus fieri non possit; alioqui omnes partes interclusi aeris simul egrederentur, quod impossibile esse demonstrauius.

Refutatio.

Sol. 5.

Quinti non est difficilis explicatio. Vtique negari debet vehementiorem esse appetitum, quem singulis rebus ad priuatum, quam ad commune bonum tuendum, & procurandum natura inseuit, vt D. Thomas 1. p. q. 60. art. 5. & quod lib. 1. art. 8. docet. Nãque vt pars propter totū est, ita naturali propensione magis ad bonū totius, & ad cōmune bonum, quam ad suū peculiare inclinatur. Nec verò natura iccirco in se reflecti dicitur, quod priuatum bonum cōmuni anteponat, aut cōmune non nisi propter se expetat; sed quia cōmunis boni procuratio in ipsius quoque priuatæ rei cōmodum cedit. Neque aliud Aristoteles vult. 8. Ethicorum; qui dum asserit vnicuique proprium bonum maximè expetibile esse, non priuatum cum cōmuni, sed priuatum vnus cum priuato alterius comparat.

Pars naturali propensione magis inclinatur ad bonum totius, quam ad priuatum bonū tuendam.

Sol. 6.

Sexti solutio ita habet. Posset quiuis in extrema cæli ora cōstitutus brachia porrigere, & iaculū vibrare per spatiū illud, quod extra mundū patet: nō iccirco tñ id spatiū censendū est aptū ad recipienda corpora per naturalē aptitudinē; q̄ ad rationē vacui exigitur. Etenim

Lege Rich. 1. sent. d. 14. q. 3. circa 3. princip.

vt

D. Th. in 1. q. 1. a. Henricus dau. qu. 31. q. 1. c. arduus d. 14. q. 3. ca. 3. princip.



vt nemo illic vi naturæ collocari potest, ita nec prædictum spatium naturalem habet aptitudinem ad ea corpora excipienda. His adde quæ superius diximus de ratione vacui, improprij extra cœlum.

QVAESTIO II.

POSSIT NE VIRTUTE DI-

uina dari vacuum.

ARTICVLVS I.

POSSE, ET SI ID QUIDAM

negarint.



ARS negatiua quæstionis hunc in modum videtur ostendi. Dari vacuum est contra ordinem vniuersi; sed nihil potest contra hunc ordinem à Deo fieri: nequit ergo diuina virtute vacuum dari. Maior ex ijs, quæ proximè disputata sunt, constat. Minor suadet. Primum, quia id, quod est contra ordinem vniuersi, est inordinatum; ac præposterum. Quod verò ita se habet, à summi artificis manu, cuius perfecta sunt

Argumenta, quæ negatiua pars controuersie probari videtur.

opera, longè abest. Secundo, quia ordo rebus inditus adumbrat, ac repræsentat diuinam bonitatem, eaque repræsentatio est finis diuinæ operationis. Cùm igitur Deus præter hunc finem nihil exterius possit agere, vtique nec præter vniuersi ordinem quicquam moliri poterit. Tertio, quia totus cursus naturæ est à diuina sapientia, sicuti artefacta ab arte humana, vt asserit D. August. in illud Ioannis. Quod factum est in ipso vita erat. Quare cùm artifex nihil faciat contra artem suam, nisi per errorem; qui in Deum non potest cadere; nequibit Deus quicquam facere contra ordinem, cursumvè naturæ. Ex quo sequitur non posse ab eo exhiberi vacuum.

Augustus

In hac difficultate qui negant spatium extra cœlum nec putant intelligibilem esse distantiam vllam aut interuallum capax corporis absque corpore affirmant (quod huiusce opinionis consecrarium est) vacuum nec diuina virtute, saltem intra cœli complexum, dari posse. Nos vero vt partem priori assertioni aduersam amplectimur, tuemurque lib. 8. huius operis, in disputatione vtrum Deus sit extra cœlum, ita hoc loco hanc conclusionem statuimus. Vacuû intra quæuis corpora diuinitus dari potest.

Astruitur pars affirmatiua quæst.

quod

D. Th. in 2. d. 1. q. 1. art. 5. Henricus Gaudau. quodlib. 15. q. 1. Richardus in 2. d. 4. q. 3. circa princip.

Rich. 1. d. 14. q. 3. prin.



Quod probatur, primum quia potest Deus totum ignis elementum in nihilum redigere, & alijs corporibus, quæ ad eius locum replendum confluxura sunt, communem opem ad motum denegare: imo esto eam non deneget, cum illa totum spatium momento trajicere non queant, interim vacuum dabitur. Item quia potuit Deus solas sphaeras cælestes creare, sicque totam sublunaris mundi intercapedinem inanem relinquere.

## ARTICVLVS II.

EXPLICATIO RATIONIS QVA  
negatiua pars controuersie ostendi videbatur.

**I**D verò, quod in aduersam partem adduximus, hunc in modum soluendum erit. Si res sumantur quatenus secundum obedientiam potentiam Deo subduntur, nihil quod circa eas Deus fecerit, contra earum naturam aut ordinem dici debet. Vnde D. Augustinus lib. 26. contra Faustum cap. 3. ait id esse cuiuslibet rei naturale, quod ille fecerit, à quo est omnis modus, numerus, ordoque naturæ. Si autem res secundum se præcisè spectentur, erit quidem contra ordinem vniuersi dari vacuum; sed contra hunc ordinem ire, in potestate Dei est.

Ad primam verò huius rei impugnationem dicendum; id quod est præposterum, & inordinatum, id est, ab omni prorsus ordine deflectens non posse à Deo fieri, cum repugnet aliquod Dei opus nõ referri ordinarique ad eius bonitatem, quæ est præcipuum diuinæ voluntatis obiectum, posse tamen Deum facere quidpiam alienum ab vno aliquo rerum ordine, vt ab eo, quem res naturales habent ad impediendum vacuum; sed consentaneum alteri, quem ipse præstituit nouit; quod proinde nequaquam inordinatum dici debebit. Ad secundam non solum eum ordinem, qui nunc in rebus elucet, repræsentare diuinam bonitatem, sed alios etiam, quos Deus pro suo arbitratu possit inuehere. Ad tertiam, artem diuinam non se totam explicare in creaturarum productione, ideòque secundum ipsam posse Deum aliter, atque vsitatum naturæ curriculum sese habet, operari. Vnde esto liberum Deo sit contra naturæ cursum ire, non proinde tamē contra suam diuinam artem efficere quidquā dicetur.

## QVÆSTIO III.

VTRVM VIRTVS ANGELICA POSSIT  
vacuum in naturam inducere.

ARTI-

In potestate  
diuina est fa-  
cere que vo-  
luerit contra  
ordinem vni-  
uersi.

Præcipuum di-  
uinæ volunta-  
tis obiectum  
diuina boni-  
tas.

Diuina ars  
non se totam  
explicat in ef-  
fectione crea-  
turarum.



## ARTICVLVS I.

STATVITVR NON POSSE. PROPO-  
nitur sententia aliter iudicantium.

Pro hac con-  
cl. lege quæ  
scripsit D. Au-  
gust. 12. de ci-  
uit. Dei cap.  
18. D. Thom.  
de malo que-  
st. 16. art. 9. ad  
2. & art. 10.  
& 3. cont. gē-  
tes c. 102.



**I**n hac quæstione pars negatiua asserenda est. Quæ probatur, primum quia dari vacuum est contra ordinem, cursumque totius naturæ corporeæ, quem immutare is tantum potest, qui naturæ conditor & ordinator est. Secundò, quia nemo inficias ierit vacuum dari miraculum esse: at miraculū propria virtute solus Deus edit. Tertiò, quia si Angeli possent vacuum efficere; concedendum foret posse naturaliter vacuum dari; quod tamen à communi Philosophorum sensu abhorret.

Sunt tamen qui in hac difficultate diuersum respondendi modū vti probabilem afferant. Pro quo aduertunt cū in disceptationem vocamus num Angelica virtute repugnet dari vacuum, dupliciter hanc quæstionem posse intelligi. Vno modo, vt quæramus nū virtus Angelica comparata ad resistantiam, qua, verbi gratia, aer vacuo resistit, maior sit, ita vt illam præcisè, quantum ex se est, nō consideratis alijs circumstantijs, superare posset, atque ita vacuum inducere. Alio modo, vt sit sensus num spectando etiam decretū, quo Deus statuit sibi duntaxat reseruare ius immutandi naturæ cursum, & ordinem vniuersi (iuxta illud D. Pauli cap. 2. epistolæ ad Hebræos, Nō enim Angelis subiecit Deus orbem terræ; & illud Iob. c. 34. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?) num inquam sic, in potestatem Angelorum cadat vacuum facere.

Hoc posito respōdent, si quæstio secundum priorem sensum intelligatur, posse virtute Angelica dari vacuum: si secundum posteriorem, non posse. Prior pars huiusce conclusionis hunc in modū suadetur. Angelica virtus superat resistantiam, qua aer vacuo resistit: ergo possunt Angeli amoto hinc inde aere spatium hoc vacuum reddere. Antecedens probatur: Nam vel eiusmodi conatus, & repugnātia est finita, vel infinita. Non infinita; quia nullum infinitum in rebus creatis datur. Si finita, potest ergo vinci à virtute finita, quæ ipsam proportionem maioris inæqualitatis excesserit: modo talis virtus detur: at quod saltem omnium angelorum virtus in vnum collecta eiusmodi excessum habeat verisimile omnino est.

Quod si quis contendat virtutē vacuo obsistentem adhuc maiorem esse, quæritur, quonam excessu maior sit? Si excessu, v. c. mille graduū, Deus potest denuò plures creare Angelos, qui vnā cū alijs excessum illum vincāt. Iam ergo tunc Angelica virtus prædictam

resisten-

Astruitur  
pars negati-  
ua.

Aduersa opō-

D. Pauli.

Afferitio exis-  
timantiū pos-  
se ab Angelis  
vacuū inue-  
hi.

Eorum ratio.

Quomodo  
probēt cona-  
tū naturæ re-  
pugnantis va-  
cuo posse vin-  
ci ab Ange-  
lis.



resistentiam superabit. Et verò, cum nulla ratio conuincat Angelos non eo numero iam actu creatos esse, perperam quis negarit posse ab angelis, qui nunc existunt, vacuum fieri. Neque rectè (inquiunt illi) philosophantur qui autumant conatum, siue impetum, quo natura corporea contra vacuum depugnat, & ad ipsum impediendū ubique præsto adest, non teneri certis limitibus; sed posse effundī non tantum, quin maiorem; quod vocant infinitum syncategorematicè; ac proinde eam vim à solo Deo cohiberi, vinci que posse. Nā quod hæc sententia à veritate aberret inde perspicuum est, quia si eiusmodi impetus infinite posset augescere, cum dimanet à facultate naturali indita sublunaribus corporibus, sicuti ascensus ignis à leuitate; sequeretur eam facultatem esse actu infinitam; siquidem id, quod non tam intēsum, quin intensiorem actum re ipsa potest edere, nullum habet suæ perfectionis terminum, est quæ iam actu infinitū.

Probatio posterioris partis assertionis antea propositæ.

Posterior autē pars conclusionis ex eo ostenditur; quia dari vacuum est contra ordinem vniuersi, cursumque naturæ, cuius immutandi ius sibi Deus retinuit, vt ex superioribus patet. Neque ad hanc assertionem illustrandam exempla desunt. Nam Angelus, qui solis spheram torquet, potest naturali sua virtute solem retro agere, sicuti Ezechia regis tēpore; vel eius cursū sistere, sicuti pugnate Iosue fecit: ad hoc enim præstandum non eget Angelus maiori, quàm ordinario Dei concursu: cum sol neque retro mouenti, neque detinenti obsistat: & tamen spectato cursu rerum, quem Deus ratū esse iubet in cœlestibus corporibus, neutiquam id Angelus efficere poterit. Item si ad terræ pondus duntaxat, & motricem Angelorum virtutem attendamus non est absurdum concedere, posse Angelos totam terræ molem, si singuli, pro sua quisque vi, portionem arripiat, loco suo leuare: quod tamen nequaquam admittendum erit si consideremus dispositionem, situmque principalium partium vniuersi, quem diuino præscripto stabilem, perpetuumque esse cōuenit.

4. lib. Reg. 6.  
20.  
Iosue cap. 10.

Leg. D. Th. de malo quest. 6. art. 10. ad vlt. Ferrar. sem lib. 3. contra gent. cap. 101.

Quo pacto respondeant ad argumenta pro conclusione in hoc art. constituta.

Ad ea verò argumenta, quæ pro nostra cōclusionē adducta sunt, respondebunt, ad primum quidem concedendo nihil, quod est contra ordinem totius naturæ posse virtute Angelica fieri, si loquamur de potentia secundum posteriorem illum sensum in cōclusionē explicatum; aliquid tamen esse contra eum ordinem, quod secundum priorem considerationem fieri posse admittendum sit. Ad 2. quemadmodum solem retro agere miraculum est, vt ait D. Thomas 1. p. q. 105. art. 8. & lib. 3. cont. gent. cap. 101. post D. August. lib. 21. de ciuit. Dei cap. 8. quia nimirum esto Angelus naturali sua virtute id præstare queat; dicitur tamen esse supra facultatem totius naturæ creatæ, quatenus solius Dei nutu, & quasi dispensatione fieri potest: ita vacuum inducere, licet ob eandem rationem miraculū sit; non id tamen impedire, quo minus Angelica potestate secundum se fieri non repugnet. Ad 3. rectè dici à philosophis non posse vacuum dari naturæ viribus; quia licet ex proportionē virtutis Angelicæ ad ipsum

ipsum



ipsum vacuum, repugnantia non sit; est tamen aliunde, ut ex dictis patet.

## ARTICVLVS II.

## SUPERIORIS SENTENTIÆ

## confutatio.

**H**æc tamen sententia præterquam quod noua est, non satis firmo nititur fundamento. Etenim resistentia, qua res per se vacuo repugnant, non cadit sub aliquam mensuram certam, quæ proinde à maiori virtute finita vinci queat: sed est eiusmodi, ut à virtute quidem infinita superari possit, non tamen ab vlla minori. Quod in multis alijs animaduertere est, ut in resistentia, qua cælum repugnat diuisioni; & in vacuo ignis ita exiguus, ut in partes, quæ manent, secari nequeat; item qua quoduis corpus penetrationi resistit. Sicut igitur partes cæli, & illius minimi ignis ita sibi inuicem adherescunt, ut nulla vi finita diuelli possint: ita existimandum est adglutinari partes vniuersi tanto nexu, ut inter se vacuum non admittant. Præsertim cum id comprobet manifesta experientia, qua videmus nullam tantam vim adhiberi huic colligationi, ut eam dirimat vel tantulum vacuum efficiendo. Sanè si illa à virtute finita vinci posset tot ei interdum apponerentur machinæ; tam multa obstacula obijcerentur, ut ipsam vincerent, retardarent. Urget tamen difficultas illa quæ fieri possit, ut natura finita non tantum quin maiorem impetum ad vacuum impediendum præstet. Respondetur eam resistentiam primò, ac per se non fieri per impetum aliquem vel impulsu à natura expressum; sed per ipsam naturalem colligationem partium vniuersi inter se; sicut non absimili ratione cælum, & igniculus ille in vacuo diuisioni resistunt. Atque ex appetitu eiusdem colligationis si vacuum diuina virtute fiat intra res sublunares, & circumiecta corpora naturis suis relinquuntur, dilatantur quoad fieri possit per spatium vacuum, non ut illud directò occupent, sed ut se quoad fieri possit attingant, mutuoq; iungantur, ad eum modum, quo caro intumescit intra cucurbitulas addēsate se aere, uti superius diximus.

Primò igitur & per se occurrit natura vacuo ob ipsum naturalem appetitum mutua colligationis partium vniuersi inter se. Inde autem secundariò sequitur ut res loco moueatur ad replendum vacuum v. c. cum ex fistula altero orificio aquam attingente, per alterum aer inclusus attrahitur & ascendit aqua: is ascensus secundariò, spectata naturæ intentione, sequitur ad appetitum vnionis, quo aqua aeri sursum adducto ita firmiter adhærescit, ut ab illo diuelli non possit; similiterque cum ob hanc causam corpora rarefcent, & dilatantur per tumorem, alioque modo, patet primò & immediatè non moueri loco, sed ex consequentia rarefactionis. Qui motus localis tametsi

Resistentia nature contra vacuum nequit superari ab vlla finita virtute.

Dubitatio.

Responsio.

Ut natura occurrat vacuo.

Motus corporum ad impediendum vacuum.



Appetitus & vis ad resistendum vacuo quanta.

fiat impetu finito; nihilominus naturaliter impediri non potest etiã ab Angelo (cui aliàs corporeæ res quoad motum localem obnoxia sunt) propterea quòd latio in eo euentu est veluti corollarium alterius affectionis corporeæ, quæ Angelo non subijcitur, nimirũ illius appetitus retinendæ colligationis cum alijs partibus vniuersi, ratione cuius omnia corpora quasi catenata huc illuc trahuntur, aut in maiorem abeunt raritatem, ne omnino diuellantur. Qui appetitus in resistendo machinis & obstaculis est infinitus syncategorematicè; quia scilicet non potest resistere virtuti infinitæ, & cuius minori potest. Quod non in re proposita duntaxat euenire alijs exemplis suprã ostendimus. Adde quòd si Angelus vim naturalem haberet ad vacuum faciendum, haudquaquam satis firma, & idonea ratio assignari posset, cur re ipsa ei non permitteretur à Deo in tantillo spatio id facere, quemadmodum alia quæ in eius facultatem recidunt, permitti ei solent, nisi cum ne permitti debeant, grauissima causa interuenit. Accedit quòd eodem fundamento innitentibus asserendum foret non Angelica duntaxat, sed humana etiam, aut alterius agentis naturalis vi posse vacuum induci. Nam si repugnantia, qua natura obsistit vacuo certis limitibus circumscripta est, atque adeò talis, vt superari queat à maiori vi finita, quam Angeli saltem aliquo magno numero exhibere queunt, subindeque vacuum facere: eodem modo licebit argumentari posse etiam homines, si coniunctis viribus magnum conatum adhibeant, disiungere simul secundũ omnes partes tabulas illas immediatè coniunctas, de quibus quæst. præcedenti art. 3. ad 4. argum. atque adeò intra illas vacuum facere.

Repugnantiam, qua natura vacuo resistit, non cõtineri certis finibus.

Q V Æ S T I O III.

V T R V M C O R P V S I N V A C V O moueri possit an non.

A R T I C V L V S I.

C O N C L V D I T V R P A R S affirmatiua.

Primi argum. in partem negat.



Xpendamus nunc quo pacto sese haberet motus ad vacuũ, si diuina viriute esset. Ac primũ nũ in eo corpus cieri posset. Pro ea parte, quæ negat, hæc sũt argumẽta. Omnis motus sublunaris p̃edet à coelesti influxu: sed per inanẽ intercapedinẽ nequit eiusmodi influxus trãsmitti, vt planũ est; nõ potest ergo vllũ corpus in vacuo moueri. 2. Si corpus ab vna spatij vacui ad aliam

2. argum.



aliam commearret, eam partem, quam nunc occupat, postmodum inanem relinqueret, atque ita naturaliter vacuum daretur: sed hoc fieri non potest; ergo neque illud. Tertio, Omnis latio est ad locum; in vacuo locus non est; ergo nec latio. Quarto, Cum vacuum nihil sit, nulla potest in eo esse distantia, quæ percurratur; atqui omnis motus localis requirit distantiam; ergo nullus fit in vacuo. His adde rationes, quibus Aristoteles 8. cap. huius libri hoc idem institutum confirmavit.

Asserendum tamen corpora in vacuo tum ab externo motore, tum à se ipsis moueri posse. Quod probatur, primum quia nulla ratio est cur Angelus in vacuo iaculum intorquere non possit. Deinde quia si tota sublunaris mundi plaga vacua esset, & in eius medio ignis à Deo crearetur conseruareturque, nihil ignem impediret, quo minus in suum naturalem locum per inane ascenderet incitatus tum à leuitate sibi ingenita, tum vel maximè à cõmuni inclinatione iungendi se corporibus cœlestibus, vnde conseruatix vis in inferiorẽ mundum deriuatur.

## ARTICVLVS II.

## DILVVNTVR SUPERIORIS

articuli argumenta.

**A**D argumenta initio superioris articuli proposita hunc in modum respondetur. Ad 1. non omnem motum inferiorum corporum à cœlesti influxu ita pendere, vt citra illius opem exerceri nequeat: quod in libris de cœlo explicatiùs dicemus. Ad 2. corpus, quod in vacuo ab vna parte ad aliam transit, etsi partem spatij, quam relinquit, inanem reddat, non ideò censerì propria virtute vacuum efficere; tum quia id potiùs referri debet ad potentiam diuinam, quæ spatij inanitatem inuexit; tum quia quacunque eiusmodi corpus pergit, aliud vacuum occupat, sicque non tam vacuum facit, quam commutat, & compensat. Hisque consonat id, quod diximus supra q. 1. de vacuo ar. 5. Ad 3. terminũ quẽ latio per se requirit, non esse locum, sed vbi; quod etiam in vacuo inuenitur, vt 3. libro statuimus. Ad 4. duplicem esse distantiam, vnam positiuam, repertam in spatio, quod à corpore occupatur; alteram quodammodo priuatiuam, quæ nimirum reperitur vbi nullum corpus actu est, esse tamen potest. Atque hæc ad motum sufficit, & in vacuo esset, si id daretur, immo etiam nunc est in infinitis spatijs imaginarijs, quæ extra cælum Empyreum funduntur. Lege Henricum Gandauensem quodlib. 3. q. 3. Scotum in quodl. q. 11.

Vvv 2

Ad

Conclusio

Sol. 1. arg.

Sol. 2.

Sol. 3.

Sol. 4.

Extra mundũ  
patet infini-  
tũ spatium ima-  
ginarium.



Quo pacto  
diluendę sint  
rationes Ari-  
stotelis.

Ad rationes Aristotelis, dicendum eas tantum probare cōtra veterum placita, vacuum ex se potius lationem tollere, quàm illius causam esse. Deinde non concludere in nullo prorsus vacuo motum dari; sed in eo, quod omnes locorum differentias confunderet; quale vacuum foret si neque cælum, neq; sublunaria corpora extarent: tunc enim cum nulla maior esset ratio cur elementa in hęc potius, quàm illam partem vergerent, omnis eorum motio cessaret. Quod verò attinet ad cætera argumenta, quibus motum in vacuo refellit, quia oporteret per ipsum traiectionem corporum in instanti fieri; ea quidnam momenti habeant, proxima sequenti quæstione disceptandum erit.

## QVÆSTIO V.

### VTRVM POSITO VACVO, CORPVS

in instanti an tempore ciceretur.

#### ARTICVLVS I.

### NON NISI TEMPORE

cieri posse.

Affertores par-  
tis affirmati-  
uę.

**M**

Agnus Albertus hoc loco tract. 2. cap. 6. & 7. Gregorius in 2. d. 6. q. 3. art. 2. Auerroes hoc in libro comm. 71. Aegidius, Burlæus, Iandunus, & Saxonia putant motum in vacuo non tempore, sed momēto peractum iri.

Cōclusio ne-  
gatiuę partis.

Idemque censuisse antumant Aristotelem 8. cap. huius libri. Verum contraria opinio aientium talem motum necessariò debere tempus consumere, etsi à M. Alberto dicatur in intellectum cadere non posse, videtur tamen & intellectu facilis, & veritati consentanea. Eam verò secutus est post Auem Pace, & Auicennam D. Thomas in 4. d.

Prima ratio.

44. q. 2. art. 3. quæstiuncula. 2. Scotus in 2. d. 2. q. 9. alijque complures. Probatum autem hunc in modum. Successio motus non solum prouenit ex medio, quatenus plenum est; sed etiam prout intercapedinem, & distantiam extremorum cohibet: sed hæc distantia manet in spatio vacuo; ergo ratione illius adhuc motus in vacuo tempus consumet. Maior suadetur; quia terminorum distantia in causa est, ne corp⁹ simul in termino à quo, & in termino ad quem, & in locis intermedijs esse possit. Minor ostenditur; quia si spatium, quod inter cauum lunæ, & terram iacet, inane esset, non minus tunc, quam modo, cælum à terra distaret.

In his sct. Ar-  
culan⁹, lauch-  
lus, Ferrarini-  
fis, Lichten-  
in 2. d. 2. q. 9.  
Sone. 12. Me-  
taph. q. 43.

Distantia ter-  
minorum in  
causa est ne  
mobile simul  
existat in di-  
uersis partib⁹  
spatij.  
Secunda ra-  
tio.

2. Cōstituatur in medio spatij vacui colūna viginti palmorū, descē-  
datque



datque lapis vnus palmi iuxta columnam: non potest is eodem pū-  
cto sui descensus esse simul iuxta primam partem palmarem colum-  
næ, itemque iuxta secundam, decimam, & vigesimam, alioqui plu-  
ribus locis inter se distantibus simul adæquaretur, eodemque mo-  
mento totum viginti palmorum spatium occuparet. Erit igitur pro-  
pe quemlibet palmum in alio, atque alio instanti. Quare cum inter  
quælibet duo instantia intercipiatur tempus, iam lapis non momen-  
to, sed tempore descendet. Idē concludi potest, si ponamus colum-  
nam viginti palmorum per spatium inane deorsum vergere, ita vt  
imam partem columnæ digitus quiescens attingat; tunc enim nequi-  
bit columna eodem instanti descensus secundum totam suam longi-  
tudinem digitum tangere, illique adæquari; ac proinde necesse erit  
in alio atque alio momento eum tangere, & eidem secundum diuer-  
sas partes successiuè respondere.

Tertiò. Projiciatur pila ab Angelo per spatium vacuum tanta vi  
in terram, vt percussa ad eundem locum vnde emissa est, redeat,  
ibi que rursus detineatur; tunc vel recurret ad eundem locū eo ipso  
instanti, quo egressa est, vel alio. Si eodem, semper igitur ibidē per-  
mansit; atque adeo mutata non est. Si alio; ergo cum inter illa instā-  
tia tempus effluxerit, haud dubiè non momento, sed tempore mo-  
tum peregit.

Tertia ratio.

## ARTICVLVS II.

EXPLICATIO ARGVMENTORVM,  
quibus Aristoteles probare visus est motum  
in vacuo momentaneum fore.

**N**E tamen aduersariorum sentētiā indiēta causa damnare vi-  
deamur, præcipua eorum argumēta audiamus. Ea verò sunt,  
quæ octauo capite huius libri apud Aristotelem leguntur;  
quæ nunc planius exponenda erunt. Primum ita habet. Eadem est  
proportio celeritatis in motu, qui fit per medium tenuius ad celeri-  
tatem eius, qui fit per crassius, quæ est tenuitatis ad crassitiem; & ex  
consequenti eadem erit proportio temporū, intra quæ mobile per  
eiusmodi spatia defertur; atqui manifestum est in vacuo nullam esse  
proportionem subtilitatis ad plenum; cum in vacuo nullum sit cor-  
pus: ergo nulla erit proportio celeritatis motus, nullaque temporis,  
quo spatium plenum, & vacuum decurritur; atque adeo spatium ple-  
num in tempore, vacuum in instanti conficietur.

Primum argu-  
mentum  
Aristotelis.

Secundū argumentū est huiusmodi. Si motus per vacuum fieret  
in tempore, tria potissimū incōmoda sequerentur. In primis vacui

2. Argumē-  
tum

ad



ad plenum aliquam esse proportionem: enim verò cum duo pondera mouentur; quæ est proportio temporis ad tempus, eadem est spatij ad spatium quoad subtilitatem, modo cætera sint paria. Quare cum inter tempus, quod ais consumi in vacuo, & tempus quod in pleno consumitur, aliqua sit proportio; siquidem quælibet duo tempora finita respondent sibi aliqua proportione; necessariò fiet vt vacui ad plenum aliqua sit proportio; quod falsum est. Item sequeretur mobile aliquod eodem tempore, quo decurrit totum spatium vnus stadij inanis, posse etiam transmittere partem spatij pleni, quod absurdum videtur. Consecutio probatur. Nam si mobile. A. in tempore. E. trāsmittit totū spatiū plenū D. certe in parte tēporis. E. equali tēpori G. in quo ponis transmitti totū spatium vacuum, transmittet partē aliquam spatij D. Sequeretur præterea idem mobile posse idē spatium plenum tam breui tempore, quàm vacuum, conficere. Ponamus enim spatium illud vacuum, quod vno quadrante percurreretur, occupari corpore aliquo, quod aere sit quadruplo subtilius; tunc sic licebit argumentari. Quanto medium subtilius est; tanto tēpus quod in eo consumitur; est breuius; sed corpus intermedium est quadruplo subtilius, ergo tēpus erit quadruplo breuius; atqui cum spatium aere plenum erat, consumebatur vna hora: igitur nunc vnus tantum quadrans consumetur; sed in quadrante etiam antea idem spatium cum plenum erat, decurrebatur, ergo tantum temporis consumitur in eodem spatio pleno, quantum in vacuo.

Argum.

Tertium argumentum est. Si motus in vacuo tempus consumeret, sequeretur duo corpora quantumlibet inæquali pondere posse æquali tempore quodcumq; spatiū vacuum decurrere, quod falsum est; cum experientia testetur, corpora quo grauiora sunt, eo maiorē velocitate deorsum vergere, si modo reliqua sint paria. Consecutio probatur; quia causa cur mobile grauius maiori pernitate descēdit, est quia facilius fecat medium, per quod transit. Quare cum in vacuo nullum sit intermedium corpus quod secari debeat; consequens erit, vt quælibet duo mobilia quantumuis dispari grauitate, æquè velociter descendant.

Apud quos superiora argumenta proposita conficiant.

Ita se habent Aristotelicæ rationes. Verum si quis animū aduertat facile videbit illas apud eos tantum concludere, qui non aliam moræ causam in motibus agnoscunt, præter crassitudinem, & resistantiam intermedij corporis, vt aeris, vel aquæ. In qua sententia videntur fuisse veteres philosophi, contra quos eo loco disputat Aristoteles. Quod verò ij procul à veritate aberrarint, tum ex prima ratione superioris articuli intelligi potest; tum etiam quia videmus corpora cælestia, quibus ex parte medij nihil obstat, tempus nihilominus motu consumere. Quare asserendum videtur Aristotelem non ex propria sententia affirmasse omnem corporis mutationem in vacuo momentaneam esse debere, sed ex illa veterum hypothesisi id tanquam absurdum intulisse.

Aristotelē non ex propria sententia promittisse motum in vacuo fore momentaneam.

Ad



Ad primum igitur illius argumentum respondendum est eadem esse proportionem temporis ad tempus, quæ spatij ad spatium, modo de eo tantum loquamur tempore, quod ob resistētiam mediij cōsumitur; non autem de illo, quod tum propter mediij resistētiam, tū ob intercapedinem spatij, & terminorum repugnantiam impēditur. Quocirca si pondus aliquod integram horam consumat in conficiendo spatio pleno certæ magnitudinis, ratione quidem distantiae tres quadrantes, vnum verò ob resistētiam mediij; eiusmodi pondus feretur per idem spatium plenum corpore duplo subtiliori, nō in dimidio horæ, sed in tribus quadrantibus, & dimidiato; cōsumet enim tres quadrantes ob distantiam spatij, sicuti antea consumebat, itēque vnius quadrantis medietatem ob resistētiam mediij duplo minorē, quàm antea. Itaque quarta duntaxat pars horæ, quæ ratione mediij resistētis infumebatur minui debet in eadem proportione, qua mediij resistētia minuitur. Hinc tamen colligi non potest motum in vacuo fieri in instanti. Etenim quia nulla est proportio spatij vacui ad plenum, quoad mediij resistētiam, cum in vacuo nullū corpus medium interiaceat, recte sequitur ob resistētiam mediij nullū in vacuo tempus consumi. Verum quia adhuc in vacuo spatij intercapedo, & repugnantia terminorum relinquitur; iccirco idē tempus, quod in pleno ratione distantiae consumebatur; etiam in vacuo consumetur; si vtriusque spatij eadem sit distantia, cæteraque paria.

Sol. 1. arg.

Distantia spatij nō momento, sed tempore traiecitur.

In vacuo manet intercapedo spatij, &amp; terminorum repugnantia.

Ad primum incommodum eorum, quæ secundo argumento inferuntur, respondendum est recte concludi eandem esse proportionem spatij vacui ad plenum, quæ est temporis ad tempus, si de spatij distantia, deq; tempore, quod ob illam consumitur, tantummodo loquendum sit. Id autem, quod secundo loco pro incommodo colligitur, dicimus absolutè incommodum non esse; quod tamen foret, si mobile ob solam mediij resistētiam moram traheret, sic enim momento per vacuum cieretur, vti diximus. Denique quod tertio loco obiectum est, diluitur negando consecutionem. Id verò, quod eius confirmandæ gratia adducitur, planum est nihil conficere, nisi ponamus mobile ob solam interfusi corporis resistētiam, tempus deprecere, quod pernegatum fuit.

Sol. 2. arg.

Ad tertium argumentum respondetur causam totam cur mobile grauius maiori velocitate deorsum vergat, non esse quod medium facilius diuidat; sed etiā quia maior virtus motiua illius, facilius ipsū ad loca, in quibus simul esse nequit, perducit. Itaque neganda est consecutio: patet igitur Aristotelis rationes nihil contra ea, quæ superiori articulo statuimus, concludere;

Sol. 3. arg.

Cur mobile grauius maiori celeritate descendat.

Capitis



Capitis decimi Explanatio.

Disputatio de tempore.  
Argumenta quod nullam sit tempus.



**A**llud autem } Sequitur tertia, & postrema huiusce libri pars, in qua de tempore disserit Aristoteles. Ac primum utrum ne tempus sit, deinde quidnam sit, disquirat. Quod ad priorem attinet questionem, eius partem negantem rationibus exotericis, id est, populariter, & in speciem veritatis concludentibus suadet, hunc in modum. Id, quod constat partibus, que re ipsa non extant, non est, sed tempus ita se habet, etiam id quod ex infinitis partibus nunquam defecturis coalescit, cum non constet, nisi preterito & futuro; quorum neutrum actu existit. Non igitur tempus est.

**b** Ad hec rei } Secunda ratio. Id, quod est diuiduum in partes, nequit actu in natura rerum esse, nisi vel omnes eius partes existant, ut plantę, vel aliquę saltem, ut motus; atqui temporis nulla omnino pars existit: non est ergo tempus. Assumptionem probat, quia preteritum euauit, futurum r. on dum est; momentū autem non videtur pars temporis, quia omnis pars quanta alicuius totius, ut apud Mathematicos ratum habetur, aliquoties sumpta metitur & absoluit: otū, ipsūque cōdit; quod momento accommodari non potest.

CAP. X.

**I**a illud autem ea, que dicta sunt, sequitur, ut de tempore differamus. Ac primum quidem recte fiet si exotericis etiam rationibus de eo dubitetur, utrum sit, necne, & deinde, que ipsius natura. Nō esse igitur, aut vix obscure esse, ex his suspicari aliquis potest: eius enim pars vna preterijt, nec est; alia futura est, & non dum est, ex quibus & infinitum, & quod semper sumitur tempus constat. At quod ex his, que nulla sunt, concretū est, id essentiā habere nō posse videtur. **b** Ad hec rei oīs, que in partes possit diuidi, si modo sit, necesse est, tū cū est, aut aliquas eius partes esse, aut oēs; temporis autem, cū in partes queat diuidi, alie fuerunt, alie future sunt, nulla que est. Presens verò momentum pars non est: namq; & pars metitur, & totum ex partibus constare debet: tempus autem ex momentis non videtur constare. Quin etiam hoc presens momentum, quod preteritum, & futurum videtur terminare, **c** utrum vnū & idē semper maneat an aliud non est facile. Si enim aliud, & aliud, nulla que temporis pars alia, & alia simul est, quarum vna non contineat, alia non contineatur, ut minus tempus à maiori, momentum preterea, quod non est, prius autem fuit, necesse est interdum perijisse, ipsa quoque profecto momenta simul non erunt, idē semper quod antecedit, interijisse necesse est. In se igitur interijisse non potest, propterea quod tum sit: sed neque in alio momento. Id enim ponatur, non posse temporis momenta inter se coherere, ut nec puncta. Si ergo non in eo, quod habebat, sed in alio interijt, simul certē cum infinitis medijs momentis fuit, quod esse non potest. **d** Nec verò idem semper potest manere. Nullius enim rei diuidue terminate vnus est terminus, neque si ad vnum continua fuerit, neque si ad plu-

Text. 87.

Text. 88.

Text. 89.

Text. 90.

Text. 91.

Biceps argumentū ad tempus impugnandum.

**c** Ut vñ & idē } Diceret quispiam tempus esse, quia existit momentū, quod est veriusque temporis cōfinium, siue terminus preteriti, initiūq; futuri: id diuisorio, seu bicipiti argumento refellit. Si enim momentū existeret, vel vnum tantum modō esset in toto tempore; vel aliud, & aliud, quorum neutrum dici potest. Ac primum quod non aliud & aliud sit, ostēdit, quia aut simul essent, aut successione. Nō simul, quia due partes temporis nequeunt simul esse, nisi alteram alteri cōtineat, maior minorem, ut mensis diem, dies horam; vnum verò momentum a tero maius non est.

Non permanere semper idem momentū.

Non successione, quia sequeretur momentū interire, quod impossibile est. Vel enim in se ipso interiret, vel in alio, non in se, quia tunc est; non in alio, quia momenta non sibi proximē coherent, sed necessario medium tempus funditur. Nullo igitur pacto momentū interit. Quare perspicuum videtur non dari in tempore aliud, & aliud momentū.

**d** Nec verò idem } Quod non idem semper momentum permaneat suadet. Primum quia



quia nullum continuum finium uno duntaxat termino clauditur, sed pluribus, ut linea pluribus punctis, superficies lineis, corpus superficiebus. Quare cum momentum sit terminus temporis, non unum tempori solum inerat, sed plura. Secundò, quia cum simul tempore dicantur esse: ea, quæ eodem temporis momento sunt, si unum, idemque momentum in toto esse tempore, ea, quæ multis abhinc seculis fluxere, simul tempore cum iis, quæ nunc, fuerint, quod absurdum est.

Non perimere semper idem momentum.

c Quid autem tempus? Accedit ad scrutandam naturam temporis, quam quæstionem multis difficultatibus obstructam esse

Temporis natura cognita difficilis.

Text. 92.

92. *Momentum autem terminus est, terminatumque tempus licet accipere. Cumque simul tempore esse, & neque prius, neque posterius idem sit, atque eodem momento esse, si que prius, & que posterius fuerunt, in hoc sunt momento, sit, ut que ante annorum decem millia fuerunt, simul sint cum iis, que hodierno sunt die, unumque alio neque prius sit, neque posterius. De iis igitur, que in eo insunt, tot sint dubitata.*

nam quæstionem multis difficultatibus obstructam esse ait, tum ob ea, quæ proposita iam sunt, tum ob dissidentes veterum opiniones. Nam alij, è quorù numero, ut multis videtur, fuit Plato, tempus cæli conuersionem esse dixerunt; alij, ut Pythagorei cæli ipsum.

Opiniones de natura temporis. Platonis

Text. 93.

93. *Quid autem tempus est, & que ipsius natura æquè ex his, que tradita sunt, incertum est, atque ea, de quibus nuper disseruimus. Alij enim vniuersi motum esse aiunt, alij spheram ipsam. Atqui & conuersionis pars tempus quoddam est, conuersionis vero non est, quandoquidem quod sumptum est, conuersionis pars est, non conuersionis. Insuper si plures essent cæli, cuiusque ipsorum motio tempus per æquè esset, ita multa tempora simul essent. & Vniuersi autem spheram ipsam, qui id dixerunt, visum est tempus esse, propterea quod in tempore, ut in spheram vniuersi omnia continentur. Sed hoc quod dixerunt, fatuum magis est, quam ut ea, que, cum esse non possint, ipsum consequuntur, considerare debeamus.*

Pythagorei cæli ipsum. Prioris vero sententiæ auctores duplici argumento confutat. Primum quia cæli iudicio pars conuersionis cæli est tempus, & tamen pars conuersionis cæli non est conuersionis. Nec enim conuersionem appellamus, nisi cum ab eodem ad idem fit reditus. Deinde quia cæli plures sint globi cælestes, plura essent tempora, quod à vero abest.

Pythagorei

Text. 94.

94. *Sed quoniam tempus motus quidam & mutatio maximè videtur esse, hoc considerandum est. Cuiusque igitur mutatio, & motus in eo, quod mutatur, solùm inest, aut vbi est id quod mouetur, & mutatur. At tempus per æquè vbique est, & apud omnia. Omnis insuper mutatio celerior est, & tardior: tempus autem non est, quandoquidem velox, & tardum tempore definiuntur. Velox enim est quod breui tempore multum mouetur, tardum, quod longo parum. Tempus verò tempore non definitur, nec ut quantum quiddam est, nec ut quale. Motum igitur non esse constat, nihil verò intersit, vtrum motum nunc dicamus, an mutationem.*

Exponit quo argumento Pythagorei in eam sententiã venerint, nimirum quod ut cæli complexu, ita & tempore, omnia continentur, quasi ita argumentum Pythagoreorum.

Text. 95.

95. *Exponit quo argumento Pythagorei in eam sententiã venerint, nimirum quod ut cæli complexu, ita & tempore, omnia continentur, quasi ita argumentum Pythagoreorum.*

Argumentum Pythagoreorum.

Text. 96.

96. *Exponit quo argumento Pythagorei in eam sententiã venerint, nimirum quod ut cæli complexu, ita & tempore, omnia continentur, quasi ita argumentum Pythagoreorum.*

Argumentum Pythagoreorum.

CAP.

argumentarentur, cæli omnia continent, tempus omnia continet, igitur cæli est tempus. Quæ ratiocinatio ex affirmantibus in seunda syllogismorum figura vitiosè concludit.

g Sed quoniam tempus? Aliorum dogma, qui motum tempus esse arbitrabantur, coarguit. Primum quod motus mutatione tantum est in re, quæ mouetur, aut mutatur, aut vbi est id, quod motum mutationemve subit, tempus autem æqua ratione vbique, & apud omnia sit. Præterea quod motus omnis velocior, & tardior appellatur, non autem tempus: tardum namque, & velox tempore definiuntur; siquidem velox mobile dicimus, quod breui tempore longum spatium conficit, tardum, quod longo tempore breue. At tempus neque ut quantum est, neque secundum affectiones, quæ ipsi attribuuntur, cuiusmodi sunt calidum, frigidum, salubre, tempore definiuntur aut explicari solet.

Motum non esse tempus



## Capitis vndecimi Explanatio.

Non dari tē-  
pus absque  
motu.

Fabula eorū,  
qui apud He-  
roas in Sar-  
do insula dor-  
micunt.

Temporis &  
motus notio-  
nem sese mu-  
tuō comita-  
ri.

Quomodo  
se habeat cō-  
tinuitas ad  
magnitudi-  
nem, motū,  
& tempus.

**A** Ta neque } Docet licet tempus non sit motus, haud tamen sine motu esse; cuius rei argumentum affert, quod nisi motum percipiamus, non credimus tempus effluxisse, uti accidit ijs, qui cum diu, ut tradunt fabule, in Sardo insula apud heroas dormissent, a somno excitati præteritum tempus cum insequenti coniungere, quasi medium nihil præterisset, quia videlicet nullum interim motionis sensum habuerant. Fuerant autem hi heroes nouē Herculis liberi, qui cum ad Sardiniam apulsi essent, ut Strabo lib. 3. refert, ibidem interiisse dicuntur, & ad Aristotelis vltimæ tempora integris corporibus fuisse, ita ut dormientium speciem exhiberent. Apud hos vero ait Simplicius videri aliquos longiori tempore sopitos fuisse, quorum hic exemplo vsus sit Aristoteles. Themistius tamen hunc longiorē somnum heroibus ipsis attribuit.

b Sumendum verò est } Quoniã tempus non est motus, nec tamen est sine motu, diligentius excutit qua ratione cū motu iungatur. Ac primùm quod paulò ante dixerat, inculcat; nimirum temporis & motus conceptionem se mutuò comitari, idque non solum in motibus, qui corpore exercentur, sed etiam

in ijs, qui ad animum pertinent. Hęc est huius loci germana interpretatio, non ea, quã affert Auerroes aiens mouere Aristotelem tempus non omnes corporeos motus sequi, sed imaginationis motum duntaxat.

c Cum autem id } Ut propositam difficultatē ab ipso fonte aperiat, docet quo pacto se habeat cōtinuitas ad magnitudinē, super quã res fertur, & ad motū, ac tēpus; atq; magnitudinē primo esse cōtinuā; per hanc, motū, per hūc, tēpus. Si enim magnitudo discreta sit nō cōtinua

## CAP. XI.

**A** Ta neque est sine mutatione. Cum enim ipsi cogitatione nihil mutamur, aut si mutemur, minimè animaduertimus, nullum tempus præterisse nobis videtur, quemadmodum nec hisce, quos fabula tradunt, in Sardo apud heroas dormire, cum a somno fuerint excitati. Prius enim momentum cum posteriori coniungunt, vnumque efficiunt, & id, quod intercedit, eximunt, propterea quod sensu id non apprehendant. Ut igitur si aliud, & aliud momentum temporis non esse, sed vnum & idem, tēpus non esset, ita cum aliud aliudque esse nos latet, medium tēpus nullum videtur esse. Quamobrem si tum cum nullum distinxerimus mutationem euenit, ut tēporis nulla in nobis sit cogitatio, sed in vno & indiuiduo manere anima videatur: cū autē sensu apprehendimus, & distinguimus, tum tempus præterisse dicimus, perspicuum est sine motu, & mutatione tempus non esse. Ita illud constat nec tēpus motum esse, nec absque motu. b Sumendum verò est ( quandoquidem quid est tempus querimus ) quid sit ipsius motus, hinc exordium ducendo: simul namque motus, & temporis sensum habemus. Nam in tenebris quanquam corpus nostrum nihil patiat, si tamen animo agitemur, statim tempus aliquod simul videtur fuisse; sed & cum tempus aliquod videtur præterisse, simul & motus quidam apparet fuisse. Quare aut motio, aut motionis aliquid est tempus. Cum igitur motus non sit, aliquid eius sit, necesse est. c Cum autem id, quod mouetur ex aliquo ad aliquid moueatur, magnitudoque omnis continua sit, magnitudinem motus consequitur. Quod enim magnitudo continua sit, motus quoque est continuus: quod autem motus, & tempus. Nam quantus motus est, tantum & tempus videtur semper fuisse. d Ac

Text. 97.

Text. 98.

Text. 99.



nequaquam motus continuitate obtinebit, nec tempus, si motus sit interruptus. Addit etiam quantum est motus, tantum esse tempus. Quod cum falsum videatur, quia cum duo mobilia feruntur alterum velox, aliud tardum, illud brevi tempore multum, hoc longo tempore breuem motum efficit. Occurrit D. Thomas Aristotelem non de quouis motu id asserere, sed de motu primi orbis, in quo motus & tempus, quoad longitudinem & breuitatem ex equo sese habent. Adde quantum est motus tantum & tempus esse si loquamur de extensione, quam tempus fortitur ex parte

termini per motum acquisiti, non autem de sua peculiari, quae adequatur durationi imaginariae, quae modo maior, modo minor equalibus motibus respondet.

d At vero & prius } Exposuit quo ordine continuitas magnitudini, motui, temporique conueniat. Nunc quo item ordine prius & posterius eisdem insit, declarat, asseritque eerni haec duo primum in magnitudine, cuius partes proprie situm vendicant, quem prioris & posterioris ratio importat, deinde in motu, postremo in tempore. Dicitur enim prior motus pars, ea, quae in priori parte magnitudinis sit, ea posterior, quae in posteriori. Item ea pars temporis prior habetur, quae priorem motus partem metitur, posterior, quae posteriorem. Monet quoque prius & posterius re ipsa, subiectoque idem

Quo ordine prius & posterius competat magnitudini, motui, ac tempori.

Text. 100.

d At vero & prius, atque posterius in loco primum sunt, quandoquidem situ in eo insunt. Cum autem in magnitudine prius, & posterius insint, necesse est & in motu prius & posterius inesse ijs, quae illic sunt, proportionem respondentiam. Atqui etiam in tempore illa insunt, quod horum alterum alterum semper sequatur. Prius autem & posterius in motu, re quidem ipsa & subiecto, idem sunt, quod motus, ratione vero diuersa sunt, & motus non sunt. e Atqui & tempus cognoscimus, cum motum distinguimus priori, & posteriori distinctis: tumque fuisse tempus dicimus, cum prioris & posterioris in motu sensum habuerimus. Distinguimus autem quod aliud & aliud ea esse, & aliquid aliud intercedere existimemus. Cum enim extrema a medio diuersa esse animo concipimus, temporisque momenta duo esse animam affirmat, aliud quidem prius, aliud posterius, tum hoc ipsum esse tempus dicimus. Nam quod momenti terminatur, tempus videtur esse, idque positum sit. Cum igitur temporis momentum ut vnum sensu apprehendimus, non autem ut prius & posterius in motu, vel ut idem quidem non tamen prioris, aut posterioris alicuius nullum tempus videtur fuisse, quandoquidem nec motus. Cum autem prius & posterius, tum tempus dicimus. Hoc enim est tempus, numerus motus ratione prioris, & posterioris. Non ergo tempus est motus, nisi ut numerum motus habet, & Argumentum autem est, quod plus & minus ex numero dijudicamus, maiorem vero & minorem motum ex tempore. Tempus ergo numerus est quidem. g Cum autem duplex sit numerus (nam & quod numeratur, quodque numerabile est, & id, quo numeramus, numerum dicimus) tempus est id, quod numeratur. Aliud vero est id, quo numeramus, aliud id, quod numeratur.

Text. 101.

Text. 102.

esse cum motu; ratione tamen distingui; quia videlicet ita in motu existunt, ut alia sit ratio motus, quam motus, alia quam prius & posterius.

e Atqui & tempus } Quoniam motus bifariam spectari potest; vno modo ut est actus entis in potentia; altero ut habet partem priorem, ac posteriorem; docet tunc nos in temporis cognitionem venire, cum apprehensa priore, & posteriore motus parte motum ipsum distinguimus. Nam tum demum praeteriisse tempus iudicamus, cum prius, ac posterius in motu percipimus, seu cum apprehendimus duo puncta motus, duorum mutata esse, vnum prius, alterum posterius, atque inter ea motum: tunc enim simul apprehendere fas est duo momenta, quae ipsis mutatis esse respondeant, & idem re cum illis sint, itaque durationem, quae interfluentem motum metitur, & idem etiam re cum illo est. Vnde colligitur nihil aliud esse tempus, quam numerum motus ratione prioris & posterioris, id est, partes motus ab animo numeratas sub ratione prioris, & posterioris.

Qua ratione in notitia temporis veniamus.

Quid sit tempus.



Cur tempus  
dicatur nu-  
merus motu.

f Argumentum autem est) Cur tempus numerum motus esse dixerit hunc in modum de-  
clarat. Id, quo plus ac minus in motu iudicamus, est numerus motus (numero enim rerum  
multitudinem estimare consuevimus) sed tempore iudicamus plus, ac minus in motu, hoc  
est, motum maiorem, minoremve esse: igitur tempus est numerus motus.

Numerus du-  
plex, nume-  
rans & nume-  
ratus.

g Cum autem duplex) Quoniam numerus duplex habetur; numerans, quo res nume-  
ramus, & numeratus, hoc est, resipsę, quę numerantur: rursusque numerus numeratus bi-

partitō diuiditur, in  
eam scilicet, qui re-  
bus actu disiunctis,  
& in eam qui re-  
bus inter se conti-  
nuatis, ac sola cogi-  
tatione diuisis in-  
est, appellat Aristot-  
eles tempus nume-  
rum numeratū po-  
steriori modo, hoc  
est, partes motus re  
ipsa inter se cohe-  
rētes, & connexas,  
prout tamen ab ani-  
mo numerante di-  
feretę, & quoad du-  
rationem definitę  
sunt.

Tempus, &  
motū in suc-  
cessionē con-  
sistere.

h Ac quemadmo-  
dū) Nonnulla subij-  
cit, ex quibus earum  
dubitationū,  
quę superiori cap.  
propositę sunt, dis-  
solutio colligatur.  
Primumque docet  
quemadmodū mo-  
tus in successione  
consistit, ita & tem-  
pus. Nec enim fie-  
ri potest ut non sit  
fluentis naturę id,  
quod rem in fluxu  
positam, cuiusmo-  
di est motus, meti-  
tur. Discrimen ta-  
men esse ait inter  
motum & tempus  
quod tempus sem-  
per idem sit apud omnes, non vero motus: sicuti & momentum idem re est, licet ratione  
diuersum. Ita hunc locum intelligunt Themistius, Simplicius, Philoponus, & Auerroes.

Discrimē in-  
ter motū & tē-  
pus.

i Est verò presens) Adduxerat in controuersiam sitnē vnum, idemque momentum toto  
tempore, an plura. Eam dubitationem hoc loco diluit, statuitque in toto tempore partim  
esse vnū, & idē momentū, partim nō. Esse vnū subiecto, quatenus in toto motu est vna, eadęq;  
res mota: esse autē plura, quatenus momentū, nūc hoc nūc illud mutatū esse dimittitur. Adde  
posse quoq; vnū dici quia sicuti Mathematici imaginatur lineā fieri ex fluxu pūcti, atq; ita quo-  
dāmodo manere in tota lineā vnū, idēq; pūctū; sic fas est cogitatione fingere ex fluxu mo-  
mēti effici tēpus, esseque vnum momentum in toto tempore, licet alioqui re ipsa multa sint.

In toto tem-  
pore partim  
esse vnū, idē-  
que momen-  
tum, partim  
non.

k Perspicuum verò etiam est) Docet momentum & tempus sic inter se affecta esse, ut neu-  
trum sine altero esse queat. Nam latio, & mobile simul sunt, ita ut nec mobile, prout fertur  
absque

h Ac quemadmodum motus alius semper est, & alius sic Text. 103.  
& tempus: omne autem tempus simul idem est. Momentum  
enim subiecto idem est, ratio verò eius alia est, & alia. Mo- Text. 104.  
mentum autem tempus metitur, ut prius est, atque poste-  
rius. Est verò presens momentum partim idem, partim non  
idem. Quatenus enim in alio, & alio est, diuersum est, que  
ipsius sane essentia, & ratio est. Subiecto autem idem est.  
Magnitudinem enim (ut dictum est) motus sequitur, hunc  
autem tempus: similiq; modo punctum id quod fertur, ex  
quo motum, priusque & posterius, que in eo insunt, co-  
gnoscimus. Atque hoc sanè subiecto idem est (quandoqui-  
dem punctum est, aut lapis, aut aliud eius generis) ratione  
autem aliud & aliud, non secus ac sophiste Coriscum in  
Lyceo, & in foro alium, & alium esse, quod alibi sit, &  
alibi, accipiunt. Id verò quod fertur, momentum sequitur,  
perinde, ac motum tempus. Nam eo quod fertur, prius &  
posterius in motu cognoscimus, ut autem prius & posterius  
numerari possunt, momentum est. Quare & in his momen-  
tum tempore subiecto idem est, (prius nanque est, aut po-  
sterius, quod est in motu) ratione autem aliud est. Qu-  
enim ex parte prius, & posterius numerari possunt, mo-  
mentum est. Quod etiam notum est maxime, quandoqui-  
dem & motus ex eo, quod mouetur, & latio ex eo, quod  
fertur. Hoc enim quiddam est id, quod fertur, motus  
autem non est. Partim igitur idem semper, partim non  
idem presens momentum dicitur, siquidem & id quod  
fertur. k Perspicuum verò etiam est, si tempus non sit, Text. 105.  
momentum non esse, et si momentum non est, tempus non  
esse. Ut enim simul sunt id, quod fertur, & latio, ita &  
numerus eius quod fertur, & lationis.

Ac

Abque



absque latione esse possit, nec contra: proindeque tempus & momentum simul esse debent. Nee tempus siquidem tempus est numerus lationis; momentum vero mobilis, sicuti vnitas numeri; quatenus ut vnitatibus res numeratas, ita momentis mobilia, prout feruntur secundum rationem prioris, & posterioris, quæ momento copulantur, & clauduntur, metiri solemus. Nee tempus sine motu, nec momentum sine tempore esse potest.

¶ Quin etiam ex momento) Declarat cognationem, seu conuenientiam inter momentum, & tempus, lationem & mobile. Nam quemadmodum latio ratione mobilis vnitatein,

diuisionemque sortitur, sic tempus beneficio momenti vnnum, continuumque est, & eiusdem interuentu sectionem accipit. Monet autem ut motus ab eo, quod fertur, vnus dicatur, non sufficere mobile esse idẽ subiecto V. C. eundem lapidem; sed oportere esse idem rationem, idest, lapidem eundem; prout motui subest, ita, ut motui quiete nequaquam interrumpat; facta enim intermissione, non iam mobile continuitate motui prestat, sed diuisionem, & discrimen prioris motus a posteriori.

Hæc videtur germana huius loci explicatio; non ea, quam affert Simplicius de momento tempus secante.

¶ In hoc ipso autem & punctum) Ut momentum partes tem-

Conuenientia inter momentum, & tempus, lationem; & mobile.

Nō est idem motus, qui quiete interrumpitur.

Cōsensus & discrimen inter momentum & punctum.

Tempus non dici numerum motus ratione vnus, eiusdemque instantis.

Cur momentum non sit tempus.

*Ac tempus quidẽ lationis est numerus: momentũ verò, vt id, quod fertur, veluti vnitas numeri. ¶ Quin etiã ex momento continuum est tempus, & per momentum diuiditur. Nanque & lationem, & id, quod fertur, hoc sequitur, quando quidem motus, & latio vna est, quia id, quod fertur, vnum est, & non quidem subiecto (posset enim interrumpi) verum etiam ratione. Hoc etiam priorem, posterioremque motum distinguit. ¶ Hoc ipso autem & punctũ quodãmodo sequitur, quippe cum punctum etiam quodãmodo longitudinem, & copulet, & diuidat. Etenim huius quidem principii, illius verò finis. Sed cũ hoc modo aliquis sumit, vt pro duobus vno vtatur, insistere necesse est, si idem punctum principium sit & finis: temporis autem momentum, quia id quod fertur, mouetur, aliud semper est. ¶ Quare tempus est numerus, non vt eiusdem puncti, quod principium sit, & finis, sed vt lineæ potius extrema, & non vt partes, tum ob id, quod dictum est (medio enim puncto, vt duobus vtatur, eoque sit, vt insistat) ¶ Tum verò etiam, quod perspicuum sit neque momentum temporis eius partem esse, neque diuisionem motus, quemadmodum nec puncta lineæ, quando quidem lineæ duæ vnus sunt partes. ¶ Temporis igitur momentum quæ ex parte terminus est, non est tempus, sed accidit: quatenus autem numerat, numerus est. Termini enim eius sunt tantum, cuius sunt termini: numerus verò horum equorum, nempe denarius alibi etiam est. Tempus igitur numerum motus esse prioris, & posterioris ratione, & continuum, quando quidem continui est, perspicuum est.*

Text. 106.

Text. 108.

CAP.

poris copulat, & distinguit, ita punctum partes lineæ: hoc tamen differunt, quod idem punctum manet, eodemque tanquam duobus, nunc vt fine, nunc vt principio vti possumus, momentum autem confestim euanescit, semperque aliud, & aliud est. Quo fit vt nemo idem recipiendo accipere valeat.

¶ Quare tempus est numerus) Quia momentum raptim transuolat, colligit non ideo tempus numerum motus definiri, quia sit numerus ratione vnus, eiusdemque momenti, quod in ipso, vt punctum in lineæ, signari possit; sed ratione diuersorum, quæ tamen non sint partes, è quibus tempus coalescat, & integretur, eo modo, quo lineæ vna è duabus. Aliter hunc locum Aspasius, Alexander, & Philoponus legerunt; nostra tamen lectio, & interpretatio, quam Simplicius, Porphyrius, & Themistius secuti sunt, probatior est.

¶ Temporis igitur momentum) Concisus, & obscuris verbis causam reddere videtur, cur momentum non sit tempus, nimirum, quia cum illius sit terminus, eius naturam, & essentiam participare nequit, sed ei accidit: licet quadam ratione eiusdem numerus censeri debeat, quatenus eius interuentu prius & posterius tempori inesse deprehenditur. Licet enim reliqui numeri circa res alias versentur, vt denarius circa equos, & homines; numerus tamen motus illic tantum est, ubi eius termini, idest momenta, insident.

Capitis



Capitis duodecimi Explanatio.

Temporis attributa. s. attrib.



a Inimus autem Commemorat quedam temporis attributa, quibus tradita definitio magis elucescet. Primum est dari minimum in tempore multitudine, non magnitudine; videlicet quia tempus est numerus numeratus, in quo datur minimum, nempe binarius; cum tamen in magnitudine minimum non datur quoad molem, siquidem continui in minores partes dissectio termino caret.

s. attrib.

b Constat vero etiam Secundum attributum est, Tempus dici multum, & paucum, longum, & breue: non autem velox, & tardum. Nam qua ratione continuum est, continui appellatione asciscit, diciturque longum, & breue, ut longa dies, breuis hora. Quatenus numeratur, & intellectus opera discreti conditionem subit, multum & paucum vocatur, ut multa secula, pauci anni. Que vocabula discretorum sunt propria. Non tamen velox, aut tardum tempus, si proprie & philosophice loquendum sit, vocabitur, quia velox & tardum mensuratur tempore, tempus vero se ipso mensurari non potest.

CAP. XII.



a Inimus autem numerus omnino, & absolute binarius est, quidam vero numerus partim est, partim non est: ut lineae minimus numerus multitudine quidem sunt duae, aut una; magnitudine autem minus non est. Nam linea omnis semper dividitur: quare & tempus similiter: minimum quidem enim numero unum est, aut duo, magnitudine vero non est. b Constat vero etiam cur velox, & tardum non dicatur, sed multum & paucum, longum & breue. Qua enim ex parte continuum est, longum & breue, qua autem numerus: multum & paucum. Velox vero & tardum non est, quandoquidem nec numerus, quo numeramus, velox, aut tardus ullus est. c Quia etiam idem ubique simul est, prioris autem & posterioris ratione idem non est, quippe cum & mutatio ea quidem, quae praesens est, una est: quae autem facta est, & quae futura est, diuersae. Tempus vero numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur, quod quidem prioris & posterioris ratione aliud semper, aliudque esse accidit, quoniam & momenta alia sunt, & alia. Est autem numerus unus & idem is, qui centum est equorum, & is qui centum virorum, quorum vero numerus est, ea diuersa sunt, nempe homines & equi. d Praeterea ut unus idemque motus iterum, atque iterum esse potest, sic & tempus potest, ut annus, aut ver, aut autumnus. e Metimur autem non motum solum tempore, sed & motu tempus, quod sese vicissim determinent. Tempus enim motum definit, quippe quod eius est numerus, motus autem tempus. Atque multum, paucumue tempus dicimus motu metientes, perinde ac numerum re numerata, ut vno equo numerum equorum: numero namque equorum multitudinem cognoscimus, & rursus vno equo

Text. 109.

Text. 110.

Text. 111.

Text. 112.

Text.

Text.

Text.

Tempus, si philosophice, proprieque loquamur non dicitur velox, aut tardum.

s. attrib.

c Quia etiam idem Tertium attributum. Tempus quodammodo esse idem, quodammodo diuersum. Idem, quia ubique eadem communis duratio res temporis subiectas ambit, & comprehendit: sicuti & ubique eadem est primi orbis conuersio, quam ea duratio comitatur. Diuersum, ratione prioris

Tempus est numerus non numerus, sed numeratus. s. attrib.

& posterioris, & quia aliae partes alijs succedunt, aliaque momenta in locum antecedentium subrogantur. Nec mirum cum tempus sit numerus, non numerans, qui unus idemque specie multis rebus specie dissidentibus conuenit (Nam eodem binario equos & homines numeramus) sed numeratus, qui pro rerum diuersitate varius est.

d Praeterea ut unus Quartum attributum. Ut unus idemque motus redit, sic & idem tempus. Non quasi haec eadem numero recurrant, & tempus, quod euauit, remeet: sed quia eadem secundum speciem perpetua successione vigent, & singulis annis ver, aestas, autumnus, hyems stato ordine vices alternant. Unde illud Poetae. Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Aduerte etiam, licet non eadem temporis partes ad numerum recurrant; non proinde ta-

Virg. lib. 2. Georg. men



men afferendum tempus, quod redit, simpliciter numero distingui ab eo, quod fluxit; cum ex omnibus supremi globi conuersionibus nulla quiete interruptis vna perennis, & continua motio fiat, quam vnum etiam tempus simili continuatione metiri necesse est.

e Metimur autem Quintum attributum. Tempus sic esse numerum, & mensuram motus, vt motus quoque reciproca vicissitudine ipsius temporis mensura habeatur: sicuti ex numero res numeratas; hoc est earum multitudinem, & ex rebus numeratis numerum deprehendimus. Sanè quod ex motu tempus notari possit tum alijs rebus compertum est, tum in horologio arenario, vbi peracto pulueris traiectu effluxisse horam cognoscimus. Ceterum est inter tempus, & motum differentia; quod tempus motum prius definiat, tempus verò a motu posteriùs mensuretur.

equo ipsum equorum numerum. Nec secus res habet in tempore, & motu: nam motum tempore, & tempus motu metimur. f Atque id quidem rationi est consentaneum. Magnitudinem enim motus sequitur, & motum tempus, quatenus & quanta sunt, & continua, atque diuidua. Nam quod magnitudo eiusmodi sit, ita motus affectus est: ob motum autem tempus: metimurque & magnitudinem motu, & motum magnitudine: longam enim viam si ambulatio multa sit, & hanc multam si via longa sit, esse dicimus, itidem & tempus si motus, & motum si tempus. g Cum autem tempus & motus, & ipsius moueri mensura sit, motum eo metitur, quod aliquem motum definiat, qui totum metietur (quemadmodum & longitudinem vna magnitudinem aliquam definiendo, quæ totum repetitione quadam metietur) h ac motum esse in tempore idem est, ac tempus metiri, & eum & eius esse. Simul enim & motum, & eius esse metitur. Atque hoc est ipsum id tempore esse, eius mensura definiri. Perspicuum verò est, & alijs quoque idem esse, in tempore esse, atque ipsorum esse tempus metiri. In tempore enim esse duorum alterum est. Vnum tum esse cum tempus est: alterum, vt dicimus nonnulla esse in numero. Quod quidem significat aut partem numeri esse, & affectionem, & omnino ipsius numeri aliquid, aut ipsius esse numerum. Cum autem tempus numerus sit, momentum quidem, & prius & quæ sunt eius generis, sic sunt in tempore, vt in numero vnitatis, & impar, & par, cum hæc aliquid sint numeri, illa temporis aliquid. Res autem in tempore sunt, vt in numero aliquid est. Quo fit, vt à numero contineantur, quemadmodum ea, quæ in loco sunt, à loco. Illud verò etiam perspicuum est, esse in tempore non idem esse, quod tum esse cum tempus est, quemadmodum nec in motu, aut in loco esse, idem est, quod esse cum motus est, aut locus. Si enim in aliquo esse ita erit, res omnes in quavis re erunt, ac cælum in milio: quandoquidem cum milium est, tum quoque est cælum.

Sed luti cum aliquoties iterata vna certam aliquam magnitudinem absoluimus.

Porro quid nam sit discriminis inter motum & moueri, quæ Aristoteles etiam in 6. huius operis libro usurpat, non sat liquet inter expositores. Simplicius idem valere inquit. Alij, quorum interpretatio magis arridet, volunt motum significare rem ipsam, quæ est motus tanquam habitum: moueri autem, tanquam actum, ita vt moueri importet relationem ad id, à quo

Tempus prius motu, quod redit, non simpliciter numero distingui, & attrib. Tempus, & motus se vicissim metiuntur.

f Atque id quidem causam adhuc redditur motus, & tempus se vicissim metiuntur nempe quod motus magnitudinem, tempus motum consequitur; quare vt ex magnitudine motu, & ex motu estimamus magnitudinem (nã si ambulatio longa est, longam viam dicimus, & rursus ambulatiõnem longam, si iter longum sit) ita etiam motum tempore, & motu tempus definimus; & ex vno in alterius cognitionem ducimus.

g Cum autem tempus & motus Expliata natura temporis docet in reliqua parte huius capituli quo pacto se habeat tempus ad ea, quæ tempore continentur. Primumque ait tempus esse mensuram motus, & ipsius moueri. Nã tempore, inquit, metimur aliquam motus partem, quæ subinde reliquarum mensura fit, vt hodiernam cæli conuersionem; quæ ad certum numerum repetita mensem conficit; quod & in dimensione permanente solet accidere, ve-

Motus magnitudinem consequitur, tempus motum consequitur, & motum tempore, & motu tempus definimus; & ex vno in alterius cognitionem ducimus.

Quo pacto affectum sit tempus ad ea, quæ tempore continentur.

Discrimen inter motum, & moueri.



Res, quę in tēpore sunt, sub temporis mēsuram cadere. Varij modi, quibus res in tēpore esse dicuntur.

Quę cōtinētur tēpore, à tēpore vincantur.

Tempus causa interitus, & obliuionis.

est motus, & ipsum quoque esse, existentiam uē motus significet. h. Ac motum esse in tēpore) Motum esse in tēpore idem valere ait, ac mōtū, eius q̄s esse à tēpore mēsurari. Addit autem non solum motum, sed etiam res alias, quę in tēpore sunt, sub temporis mēsuram venire; intellige quatenus fluunt, & labuntur. Deinde subiicit modos alios, quibus in tēpore res esse dici possunt. Primus est, quo ea sunt in tēpore, quę dum tēpus pręterit, existunt; quem modum, ut improprium, & alienum explorat. Secundus, quo aliquid est in tēpore, ut in numero; quod dupliciter accidit, vel enim est in numero tanquam aliquid ipsius, quo pacto unitas, & par, impar, cęteręque numeri affectiones in numero sunt: vel tanquam in eo, à quo mēsuratur. Secundum quam notionem decem equi, & decem lapides in denario sunt. Motus igitur hoc posteriori modo est in tēpore; quia tēpus est numerus motus. Ac quemadmodum ea, quę in loco sunt, à loco; ita quę sunt in tēpore, à tēpore cōtinētur. Quo etiā fit, ut ab eo vincantur, sicuti res, omnes numeratę à numero, si quidem quocunque dato numero, alius maior esse potest.

Atque etiam aliquid) Quę tēpore continentur, non solum ab eo excedi, sed etiam pati inquit. Nā computrescere, inueterari, cōsumi, & aboleri tēpore res dicimus; eorumque memoriā extinguī. Vnde illud Latini poetę, omnia fert etas, animi quoque. Addit tēpus interitus potius, quam ortus; & obliuionis, quam scientię auctorem haberi; quia est numerus motus, cuius natura ut fluxu cōstat, nullamque stabilitatem seruat; ita res è statu deturbat, & ad interitū vocat. Quod Aristoteles in progressu magis explicat.

K. Quare manifestum est) Colligit ex dictis res interitus expertes, ut Deum Opt. Max cęterasque substantias à materia liberas, itemque orbis cęlestes, quoad substantiam spectatos, neque in tēpore esse, nec tēpore definiri. Quia quę tēpore subduntur, fluxa & caduca sunt, ut tēpus; eiusque iniurijs patent. Hoc ipsum de sempiternis & diuinis mentibus reperit 1. de cęlo cap. 9.

I. Quoniam autem tēpus) Quia oppositorum eadem consideratio & disci; lina est, postquam egit de mēsurā motus, & earum rerum, quę mo ui sunt obnoxie; nunc quę nant quietis mēsurā sit, declarat; aitque idemmet tēpus quietis mēsuram esse, non per se tamen, sed ex accidente. Cuius assertionis eam causam reddi, quia ut motus non est nisi in tēpore,

Sed hoc quidem accidit, illud verò sequatur necesse est, & cum est id, quod in tēpore est, aliquod tēpus esse, & cum est id, quod in motu est, motum esse. Cum verò id, quod est in tēpore, in eo sit, ut in numero, maius quid tēpus eo omni, quod in tēpore est, sumetur. Quocirca necesse est omnia, quę in tēpore sunt, à tēpore contineri, quemadmodum & cętera, quę sunt in aliquo, ut quę in loco, à loco. Atque etiam aliquid pati à tēpore, quemadmodum & dicere consueuimus, & tēpus absumere omnia, & senescere tēpore, & tēporis causa obliuisci, non item didicisse, aut iuuentutem, pulchritudinem uē nactum esse. Tēpus enim potius per se interitus causa est: siquidem numerus motus est; motus autem id quod est, de suo statu demouet. Quare manifestum est ea, quę semper sunt, quatenus semper sunt, non esse in tēpore, quippe quę tēpus non contineat, nec eorum esse metiatur. Quod quidem eo argumento declaratur, quod nihil à tēpore patiantur, tanquam ea, quę non sunt in tēpore. Quoniam autem tēpus mēsurā est motus, quietis quoque ex accidenti mēsurā est, quandoquidem quies omnis in tēpore est. Nō enim, ut quod est in motu, ita quod in tēpore, necesse est moueri: siquidem tēpus motio non est, sed numerus motionis. In motionis autem numero id quoque potest esse, quod quiescit: non enim quidquid est immobile, quiescit, sed quod motu priuatum est, moueri que aptum est, quemadmodū prius est traditum. In numero verò esse idem est, quod aliquem rei esse numerū, illiusque esse eo, in quo est, numero, ut mēsurā definiri: quare si in tēpore, à tēpore. Id verò quod mouetur, & id quod quiescit, quatenus quidem id mouetur, hoc autem quiescit, tēpus metietur.

Text. 117.

Text. 118.

Eo.



tempore, ita nec quies, utpote quæ priuatio motus sit. Ac quòd tempus non solius motus sit mensura, inde suadet, quia licet quidquid est in motu, existat in tempore; non tamen retrocòmeant, ut quicquid in tēpore est, in motu existat. Non metitur autē tēpus quietem per se, sed ex accidente: quia tēpus id tantū per se mensurat, in quo datur prius & pòsterius, & partes sibi mutuò succedētes: quæ in quiete per se, ac re ipsa nō dantur: sed facta cōparatione ad motū, quatenus dū res quiescit, apta est subire motū, cui prioris ac pòsterioris ratio per se cōuenit.

Id verò, quod mouetur } Quia tempus non motum duntaxat, & quietem metitur, sed etiam res motui & quieti subiectas; ait tempus non esse mensuram harum rerum prout magnitudine præditæ sunt, sed quatenus motum & quietem subeunt. Quò fit ut ea, quæ prorsus

Tempus p̄ se solum motū, non quietem metitur.

Sub tēporis mēsurā cadūt res motui & quieti obnoxie.

Text. 119.

Eorū enim & quies, & motus quāta sint, metietur. Quapropter tēpus nō omnino id, quod mouetur, ut quātū quoddā est, metietur, sed ut motus eius quātus est. Quo fit, ut quæcunque nec mouētur, nec quiescunt, ea nō sint in tēpore, siquidē in tēpore esse est tēporis mensura definiri: tēpus autem motus, & quietis mensura est. Manifestū itaq; est neq; id omne, quod

Text. 120.

nō sit, in tēpore esse, cuius generis ea sunt, quæ aliter se habere nō possunt, ut diametrū lateri esse cōmensuratā. Omnino enim si motionis per se, aliarum autē rerum ex accidenti mensura tēpus est, perspicuum est, quorū esse metitur, eorum omnium esse in eo consistere, ut quiescant, aut moueantur. Quæcunq; ergo oriuntur, & occidunt, & omnino quæ aliquando sunt, aliquando non sunt, esse in tempore necesse est. Est enim aliquod maius tempus, quod esse ipsorum, idq; quod essentiam metitur, superabit. Eorum autem, quæ non sunt, quæcunque tempus contineat, si altera ex parte contineat, alia quidem fuerunt ut Homerus olim fuit, alia erunt, ut futurum aliquid: quod si utraque ex parte & fuerunt & erunt: o quæ verò nullo modo continet, ea neque fuerunt, nec sunt, nec erunt. At hæc quidem in his, quæ non sunt, ea sunt, quorum opposita semper sunt, ut diametrum commensuratā lateri non esse, semper est, hocq; in tempore non erit, quare nec commensuratam esse. Quapropter semper non est, quia contrarium ei sit, quod semper est. Quorum verò contrarium non semper est, ea omnia & esse possunt, & non esse, eorūq; ortus est, atque interitus.

immobilia sunt, nequaquam tempore definiantur. Sicuti nec ea quæ semper non sunt, ut plura figmenta; nec ea, quæ nūquam non sunt, ut diametrum esse incommensurabilem lateri quadrati. Quod demonstrat Euclides in vltima propof. libri 10. Hæc enim ut motu vacant, ita ab eius mensura excluduntur.

Euclid.

Quæcunq; ergo oriuntur } Quæ ortum & occasum subeunt, in tempore esse inquit: cum ea omnia tempus excedat. Docet etiā ea, quæ non sunt, & ad tempus pertinet, bipartitò distribui. Nam quædam ex altera tantummodo parte continentur tempore, videlicet quæ iam fuerit

Quædam ex altera dūtaxat parte continentur tempore.

& non erunt, ut bellum Troianum; & quæ erunt, & nō dū fuerit, ut orbis deflagratio: Alia ex utraq; parte, si quæ dentur, quæ iā fuerunt, & futura sunt; ut homines, quos Christiana religio in die iudicij diuina virtute ad vitam reuocandos docet. Quod tamen Aristoteles ignorauit, proindeque de ijs tantū, quæ secundum speciem recurrunt, in hoc tertio membro agit.

Quædam ex utraque.

Quæ verò nullo modo } Quæ nullo pacto mēsurantur tēpore, ea extra omniū temporū differētiā esse inquit; nec esse, nec fuisse, nec futura unquā. Ad quod genus pertinet, quæ sēper nō sunt, nec possunt esse: qualia censentur omnia, quorū opposita sēper sunt. Nam quorum opposita aliquādo nō sūt, nō necesse est sēper nō esse. Igitur quæ sēper nō sūt, ut diametrū esse lateri cōmensurabilem, & quæ semper sunt, ut oppositum huius; ea nequeunt aliquādo esse, aliquādo non esse, & ex consequenti, non possunt contineri tempore, aut ab eo mensurari.

Quæ nullatenus temporis mēsurantur.

Obserua hęc, quod annotauit etiam Solus doctrinam esse Aristotelis connexiones propositionum, quæ simpliciter necessariæ sunt, ut hominem esse animal particeps rationis, diametrum esse incommensurabilem costæ, non cadere sub mensuram temporis, sed perpetuas esse, & sempiternæ veritatis. Quam sententiam grauius & accuratè pertractat Fonseca lib. 3. Metaph. cap. 5. q. 1. contra Heuicūm quodlib. 1. q. 10.

Cōnexiones sēpiternæ inter extrema simpliciter necessaria.



## Capitis decimi tertij Explanatio.

Momentū.  
νύμ

Quomodo  
instans par-  
tes temporis  
iungat.

Secunda mo-  
menti vsurpa-  
tio.

Aliquando.  
πότε.

Questio.



**M**omentum a autem Priorem partem huiusce capitis consumit Aristoteles in explicanda notione quorundam vocabulorum ad subiectam materiam pertinentium, videlicet, nunc siue momentum, aliquando, iam, nuper, olim, Subito. Momentum, siue nunc bifariam accipitur, interdum pro instanti, quod preteritum cum futuro necit, estque principium huius, & finis illius eo modo, quo punctum in medio linee, cuius partes, vt commune vinculum copulat, etsi id minus cluceat in instanti, quod confestim euolat, nec signari potest. Docet autem instans ita partes temporis coniungere, vt eas potestate diuidat; quia possumus animo comprehendere vnam temporis portionem instanti clausam, non considerando aliam illius interuentu cum priori coherentem, quo pacto instans non sumitur vt vnum, etsi prout connectit, vt vnum fama tur, quia id, quod vnit, vnum esse oportet: vti etiam in lineis mathematicis puncto accidit.

b Ipsum itaque Accipitur secundum momentum siue instans pro eo tempore, quod presenti momento propinquum est, seu preteritum, seu futurum sit. Quod enim a presenti momento parum distat, in eo quodammodo esse perhibetur. Sic dicimus Socratem nunc venisse, aut nunc venturum, quia paulo ante venit; aut paulo post veniet. Quod tamen de ijs, que longe distant, vt bellum Troianum, aut terre cluuius, minime pronuntiamus.

c Aliquando Aliquando, significat tempus quoddam a presenti momento disiectum, quod tamen ad aliquod prius, posteriusve momentum claudatur, finitumque sit. Quomodo dicimus expugnatam aliquando fuisse Troiam, aliquando mundum igni deflagurum. Cum vero nullum tempus a nobis sumi possit, quod hoc vocabulo non indicetur; siquidem nullum est tempus quod non habuerit aliquando, aut habiturum sit primum exordium, (quod de quouis determinato tempore etiam secundum Arist. verum est)

argu-

## CAP. XIII.

**M**omentum a autem presens, temporis, vt dictum est, continuatio est. Preteritum enim, futurumque tempus connectit, atque omnino temporis terminus est, siquidem huius principium est, illius finis.

At hoc vt in puncto, quod manet, perspicuum non est. Diuidit autem potestate, & qua ex parte tale est, aliud semper est. Vt autem connectit, semper idem, veluti in lineis Mathematicis, in quibus idem semper cogitatione punctum non est, quandoquidem diuisantibus aliud est, quatenus autem vna est, idem omnino est. Sic & temporis momentum partim quidem est temporis diuisio potestate, partim terminus vt vtriusque & copulatio. Idem autem est, & per idem diuisio, & copulatio, ratio vero diuersa est. b Ipsum itaque nunc hoc vno modo dicitur, alio vero cum tempus huic propinquum fuerit. Veniet nunc, quoniam hodie veniet: venit nunc, quoniam hodie venit: que autem Ilij acta sunt, non nunc, neque item inundatio nunc facta est, non quod tempus vsque ad ea continuatum non sit, sed quod procul abest. c Aliquando autem tempus est terminatum ad prius, atque posterius momentum: vt aliquando capta est Troia, & aliquando erit inundatio. Oportet enim ad momentum esse terminatum. Erit ergo tempus quoddam ab hoc ad illud certa preeditum quantitate, atque etiam ab hoc fuit ad preteritum. Quod si nullum est tempus, quod non sit aliquando, tempus omne finitum erit. Nunquid igitur deficiet, an non? siquidem motus semper est: aliudne igitur, an idem sepius? Perspicuum est, vt motus est, sic & tempus esse: si enim vnus, idemque est, vnum, idemque erit tempus, quod si non vnus, non erit.

Quo-

Text. 111.

Text. 112.

Text. 113.

Text. 114.



argumentum id esse inquit ad temporis finitatem comprobendam. Quod si nullum) quasi obiter & ex occurſu in quæſtionē vocat utrū ne tempus aliquo termino circunſcribendum omnino ſit, an non. Item ſi tempus infinitis ſeculorum ætatibus duraturum ſit, an idem ſemper, vel potiùs aliud, atque aliud recurreret. Quam controuerſiam diluit aiens eandem eſſe, quoad hoc, temporis & motus conditionem; proindeque vt motus non ad numerum, ſed ſp̄ciem idem remeat, ita & tempus. Ad poſtiorē reſpondet nunquam eſſe defecturum

Temporis & motus eandem eſſe conditione quoad finem.

Text. 125. Quoniã autē momentū, finis ac principiū tēporis eſt, quãquã nō eiſdē, ſed exacti finis futuri principiū, vt circul⁹ in eodem cauum, & inflexum habet, ita & tempus in principio, & fine ſemper eſt. Ob eamque cauſam, aliud ſemper videtur eſſe, quandoquidē momentum non eiſdem principium eſt, & finis: ſimul namq; & ſecundum idem eſſent oppoſita; quo ſit, vt non deficiat, ſiquidem in principio ſemper eſt. & Ipſum autem, iam, pars eſt futuri temporis, præſenti momento indiuiduo propinqua: quando ambulabis? iam, quia tempus, in quo eſt ambulaturus, propinquum eſt.

Text. 126. Atque etiam præteriti temporis à præſenti momento non multum diſtans: quando ambulasti? iam. Illud autem iã captum eſſe non dicimus, quod à præſenti momento nimis diſtet. Ipſum verò, nuper, eſt id, quod præſenti momento propinquum eſt, atque præteriti temporis pars eſt. Quando veniſti? nuper; ſi tempus præſenti momento fuerit propinquum? Quod verò longius abeſt, olim dicitur. At ſubito id dicitur, quod in tempore ob paruitatem ſub ſenſum non cadente, immutatur. e Mutatio autem omnis vim de ſtatu dimouendi natura habet: omnia verò in tempore oriuntur, & occidunt. Iccirco alij ſapientiſſimum dixerunt. Pato autem Pythagoricus (rectiùs dicēs) inſipientiſſimū, quod obliuione in eo capiantur. Perſpicuum ergo eſt interitus potiùs, vt etiam antea diximus, cauſam per ſe eſſe, quã generationis: ſiquidem mutatio de ſtatu dimouendi per ſe vim habet, generationis autem & ipſius eſſe ex accidenti. Cuius rei argumentum ſufficiens eſt, quod cum nihil oriatur, niſi moueatur quodammodo, & agat, tamen occidit, quamquam nihil moueatur, atque hunc occaſum tempori tribuere maxime conſueuimus: at neque hunc ipſum tempus affert: ſed accidit vt in tempore hæc quoque fiat mutatio. Tempus itaque eſſe, & quid ſit, quotque modis ipſum, nunc, dicamus, & quid, aliquando, quid nuper, quid iam, olim, & quid repēte, dictum eſt.

Text. 127. Subito, fieri dicitur id, quod quam breuiſſimo tempore mutationem aliquam ſubit.

Text. 128. e Mutatio autem omnis) Quod ſupra dixerat, apertius exponit videlicet cur tempus interitus magis, quã generationis cauſa perhibeatur. Vnde cum Simonides tempus ſapientiſſimum appellaret, quod eo ſapientiam homines adipiſcantur, eam Pato Pythagoricus vituperauit, inſipientiſſimum potiùs vocans, quod eo omnium rem memoria intercidat. Cauſa igitur cur rerum occaſus tempori aſcribi ſoleat, eſt, quia tempus eſt numerus mutationis; mutatio verò per ſe rem è ſuo ſtatu deducit. Licet enim formę in materiam præeunte motu inferantur; priùs tamen que ir ſunt abolerentur, priuſque ſubiectum ad interuentionem rapitur. Non quaſi hæc ab ipſo tempore efficiantur, ſed quia

tempus, quia ſemper eſt in fine & principio, quatenus quodlibet eius momentum eſt terminus præteriti, & exordiū futuri, ita vt tale momentum re quidem ipſa vnua ſit, ratione autē diuerſum, ſicuti curuū & inflexū in circulo. Hac de re in 8. huius operis vbi oſtendemus hoc argumentum, & alijs, quibus Ariſtoteles temporis & mundi eternitatē aſſerere conatus fuit, nihil omnino cōfici.

d Ipſum autem iam) Iam, ſignificat tempus præſenti momento vicinū ſeu præteritum ſit, ſeu futurum. Quare ſi quis tempore, quod poſt momentū, præſens ſubſequitur, ſcribere ſtatuit, iam ſe ſcripturum inquit. Nuper, designat partem temporis præteriti, inſtanti præſenti proximã. Itaque latius patet, iam, quam nuper. Olim, ſignificat partem temporis præteriti à præſenti in-

Iam

Nuper

Olim

Subito

Simonides tempus ſapientiſſimum appellauit.

Pato Pythagoricus inſipientiſſimū



Cur rerū cor-  
ruptionē tē-  
pori attribua-  
mus.

eo intercurrente fiunt. Accedit etiam quod cum generationis causa sepe manifesta sit corruptionis vero, praesertim naturalis, quam senectus inuehit, vulgo lateat, fit inde ut rerum occasum ad tempus referamus.

Lege Aristotelem initio lib. 4. Meteororum & 1. de gener. vbi veram ac germanam interitus causam disquirat. Quod etiam praestat Simplicius hoc loco.

Capitis decimiquarti Explanatio.

Omniem mo-  
tum esse in tē-  
pore.

**Q**uibus a hunc in modum. Quod capite duodecimo strictim asseruerat, videlicet motum in tempore esse, id nunc vberius explanat, monstratque in hunc modum. Omnis motus mutatione (Nam haec duo pro eodem usurpat hoc loco) potest esse alio motu celerior, aut tardior. Igitur omnis motus est in tempore. Consecutionem probat quia cum spatia, per quae mobilia feruntur, sunt equalia, & motus equabilis sibi que similis, id celerius moueri dicitur, quod prius ad spatij metam peruenit id tardius quod posterius. Quare cum prius & posterius designet tempus, sequitur omnem motum in tempore esse. Appellat vero hic motum equabilem eum, qui non est modo velox, modo tardus. Alioqui si mobile velox celeritatem, qua itet arripuit, inhibeat, fieri poterit ut serius terminumprehendat, quam mobile tardum.

b Id vero etiam. Duas excitat quaestiones, quarum enodatio ad subiecte rei intelligentiam, non parum lucis afferet. Prima est utrumne tempus sine anima esse possit, an non. Secunda, cur tempus ubique, terra, mari, caelo esse dicatur. Huic ergo posteriori primum occurrens, docet cum tempus, mensura motus sit, & affectio quaedam, naturae societate cum eo coniuncta, ipsamve consequens, ad res, quae vbilibet mouentur, necessario pertinere, esseque in illis, ut mensuram in rebus, quas metitur.

c Vtrum vero. Prior em controuersiam diluit aiens sublato animo, pariter & tempus sublato iri. Quod ex eo suadet, quia si id, quod numerandi munus obit, non sit, ut q, nec id, quod

nume-

C A P. XIII.

**Q**uibus a hunc in modum pertractatis perspicuum est Text. 129. mutationem omnem, & quidquid mouetur necessario esse, & moueri in tempore. Celerius enim & tardius in omni mutatione reperitur, quum in omni ita videatur. Celerius autem moueri id dico, quod cum per idem interuallum equabili mouetur motu, in id, quod subiectum est prius mutatur, ut in latione, si vtrunque in orbem, aut vtrunque recta moueatur: eodemque modo in alijs. Prius autem & posterius in tempore sunt, quippe cum prius, ac posterius dicamus, distantiae, quae a presenti est momento, habita ratione, quod quidem momentum praesens praeteriti, & futuri terminus est: ita cum momenta praesentia in tempore sint, prius quoque & posterius inerunt: siquidem in quo est momentum, in eo etiam est, quae ab ipso momento distantia est. Contrario autem modo in tempore praeterito, atque in futuro prius dicitur. Nam in praeterito id prius dicimus, quod a presenti momento abest longius, id posterius, quod propius accedit. In futuro autem id prius, quod propius est: id vero posterius, quod remotius. Cum ergo prius in tempore sit, idque omnem motum consequatur, patet mutationem omnem, omnemque motum esse in tempore. b Id vero etiam Text. 130. consideratione dignum est, quo nam modo ad animam affectum est tempus, & quae causa sit ut in omnibus tempus esse, tum in terra & mari, tum etiam in caelo videatur. An quia motionis affectio quaedam est, aut habitus? quippe cum numerus sit. Haec vero omnia cum sint, loco moueri apta sunt, tempusque & motus simul sunt & potestate, & actu.

c Vtrum

Quaestiones  
duae.

Sol. 2.

Sol. 1.



numeratur esse poterit: cum hæc mutuo sibi respondeant; at anima officio numeri tandi fungitur, tempus autem est numerus motus. Obijcit Boethus apud Themistium, sublato sensu adhuc sensibile extabit, ergo & dempto numerante, numerus; animoque extincto tempus manebit. Occurrendum tamen sublato sensu actu & potestate, etiam tolli id, quod sub sensum cadit, quâ tale est. Quod de numerante, & numero similiter pronuntiari debet. Eoque videtur respexisse Aristoteles cum docuit mansurum absque anima id, quod subiecto est tempus, id est motum, non tamen prout est quid numeratum. Adiecit autem verba illa, nisi anima ipsa causa motionum sit, propter dogma Platonicum, quo decernitur animam mundi omnia quoque uersum perineantem, generationum, motuumque omnium causam esse.

Obiect. 6 Boethi.

Dilutio.

Anima mundi

Platonica.

Text. 131.

c Vtrum verò si anima non sit, tempus esse possit, nec ne, merito aliquis dubitauerit. Nam si id, quod numerare debet, esse non potest, nec numerabile quicquam esse poterit, quam obrem nec numerus, cum numerus sit aut id quod numerat, aut quod potest numerari. Quod si aliud nihil nisi anima, & animæ mens numerare aptum est, fieri non potest, ut anima sublata tempus sit, nisi id, quod subiecto tempus est, ut si absque anima effici motus possit. Prius autem & posterius in motu sunt, tempus verò, hæc est, quatenus possunt numerari.

Text. 132.

d Ambiget verò etiam aliquis cuius nam motionis tempus sit numerus? an cuiusvis? siquidem generatio in tempore est, & interitus, & accretio, & alteratio, & latio. Cuiusque igitur motionis, quatenus motio est, numerus est. Quo fit, ut motionis continue simpliciter numerus sit, non cuiusdam. At fieri potest ut aliud quoque nunc moueatur, quorum motionis utriusque erit numerus: aliudne igitur tempus erit, duorum equalia simul tempora? an non? Tempus enim omne unum similiter est, & simul, specie autem & quæ simul non sunt. Vt enim si sint hi quidem canes, illi autem equi, & utriusque septem, idem est numerus: sic & motuum, qui simul perficiuntur, idem tempus. Ac quanquam hic fortasse velox sit, ille tardus, & hic quidem latio, ille alteratio, attamen tempus idem est (siquidem & numerus equalis) & simul alterationis, & lationis. Atque hanc ob causam, quod rerum equalium, & quæ sunt simul, unus & idem ubique est numerus, motus quidem diuersi sunt & separati, cum tempus ubique idem sit. f Quoniam autem latio est, & in ea conuersio, singularibus vno aliquo generis eiusdem numerantur, unitates unitate, equi equo, sic & tempus tempore aliquo definito.

Text. 133.

Meti-

stant, videlicet præteritum, & futurum unum tantummodo specie sunt. Siquis verò admiretur quod unum idemque tempus ad tot motus specie inter se discrepantes pertineat, eam admirationem tollit exemplo numeri, qui ad res numeratas dissimilium penitus naturarum accommodari solent, ut cum duos equos, & duos leones eodem binario numeramus.

g Quoniam autem } Disquirat quod nam tempus omnium motuum, temporumque mensura & regula sit. Ad quam dubitationem profligandam sumit in primis motum circulem, speciem quandam lationis esse, tamen monet unumquodque aliquo sibi propinquo, & congenito numerari, ut unitates unitate, equos equo, tempus definita aliqua sui parte, ut die hora, mensuram die. Subinde repetit, quod superius docuit, tempus motumque se vicissim metiri.

h Si igitur id quod } Propositam difficultatem expedit, decernitque id tempus esse numerum, siue normam aliorum, quod in motu maxime equabili insidet; qualis est supremi globi conuersio, tum quia maxime nota, & vulgata est; tum quia inter motus principatum obtinet: id verò quod in quolibet genere primum est, reliquorum mensura habetur. Porro quod

nia quoque uersum perineantem, generationum, motuumque omnium causam esse.

d Ambiget verò Aliam proponit questionem utrum tempus sit numerus unius alicuius motus, an cuiusuis. Ac primum quod tempus numerus cuiusuis motus esse videatur, inde probat, quia omnis motus in tempore fit, ut inductione patet. Deinde in contrariam partem disserit, quia fieri potest, ut simul duo corpora moueantur: si autem tempus cuiusuis motus numerus sit, duo erunt tempora simul inter se equalia, quod videtur absurdum.

Questio. An tempus sit numerus cuiuslibet motus.

Responsio.

e Tempus enim omne } Respondeo non dari simul duo tempora equalia, quia omne tempus, quod simul & similiter est, seu in quo fiunt ea, quæ simul fieri perhibentur, unum est. Quæ autem simul non exi-

Quod nam tempus sit communissima mensura

Tempus & motum se vicissim metiri.

Primum in vno quoque genere, est mensura reliquorum.

quod



quod supremi orbis circunuectio præ alijs motibus, alteratione inquam, decretionē, & sublationibus, equabilitatem sortita sit, planum est. Non enim inferiora corpora motus suos vniformi celeritate obeunt, sed est quod repente, est quod pedetentim albescit; est quod breuiter, est quod tardè admodum incrementa sumit; similiterque in ceteris euenire conspiciamus. Sed hæc alibi fusiùs, & enucleatiùs pertractanda.

Similitudo  
causa decep-  
tionis.

**h** Quo fit vt (sphaera) Solet interdum rerum similitudo, & cognatio in errorem inducere. Hæc causa fuit, vt quidam falsa veritatis specie delusi conuersionem celi tempus esse putarent. Aemulatur enī

hic motus vim ac naturam temporis, dū omnes alios motus metitur, & in orbem redit. Quod tam ex se patet, tum ex sermone hominū, qui rerum humanarum, & naturalium generationem, atque interitum subeuntium vicissitudinem, motumque circuli appellant; propterea quod more circuli in se reciprocātis versatur. Quod etiam tempori conuenire, dierū, mensium, annoūque recursus palam ostendit.

Aduerte celebre esse illud apud auctores, Circulus res mortalium. Cui etiam consonat illud, omnium rerū vicissitudo. Quæ sententia significat in rebus humanis nihil esse perpetuum, nihil stabile, sed omnia velut estuario quodam fluxu, refluxuque decedere, & accedere. Idem etiam in rebus naturæ magna ex parte accidit, quarū est in primis iucunda vicissitudo, procurante

Vicissitudo  
iucunda.

natura varietatem ad leuandum fastidium. Lege Aristotelem 1. Rhetoric. cap. 11. & libro 7. Moralium Eudemiorum cap. 4. & in problemat. sect. 17. problem. 3.

**i** Illud quoque rectè Docuerat ante non variari, multiplicariuē tempus diuersitate motus edisserit, assignatque rationem, cur decem hominum, & decem equorum eundem esse numerum dicimus, non eundem tamen denarium. Monet verò idem esse de numero, quod de figura pronuntiandum; cum vtrobiusque idem eueniat. Porro dicimus duos triangulos, quos vnus alter laterum equalium est, alter in equalium eandem esse figuram, non eundem triangulum, quia illa dicuntur eadem esse in aliquo communi, quæ in aliqua differentia id proximè diuidente conueniant: illa autem diuersa, quæ differentijs proximè diuidentibus discre-

Metitur autem, vt diximus, & motus tempus, & tempus motum. Quod quidem ideo est, quod motio tempore definita & motionis, & temporis quantitatem metitur. **g** Si igitur id, quod primum est, omnium, quæ eiusdem sunt generis mensura est, conuersio, quæ equabilis est, maximè mensura est, cum ipsius numerus in primis sit motus. Ipsa quidem alteratio, & accretio, & generatio, quæ equabiles non sunt, latitudo autem est. **h** Quo fit vt sphaerae motus tempus esse videatur, cum alios motus, atque etiam tempus hic metiatur. Ob hoc verò id quoque accidit, quod dici consuevit. Inquiunt enim res humanas, aliasque naturalem motum, ortumque & occasum subeuntes, circulum esse, idque ex eo, quod hæc omnia tempore iudicantur, finemque & principium accipiunt quadam veluti circuitione. Nam & ipsum tempus circulus quidem videtur: hoc autem ideo rursus videtur, quod eiusmodi lationis mensura est, eaque ipsum metitur. Proinde res eas, quæ oriuntur, circulum esse pronuntiare, aliud nihil est, quam temporis circulum quendam esse dicere, atque hoc, quod conuersio ipsum metiatur. Id enim quod mensura definitur, totum præter mensuram aliud nihil videtur, nisi plures mensurae. **i** Illud quoque rectè dicitur, ouium, & canum numerum, si equalis sit, eundem esse, denarium verò non eundem, neque secundum eadem; quemadmodum nec triangula eadem esse id, quod lateribus equalibus, & quod in equalibus continetur, quanquam figura eadem, cum vtrunque sit triangulum. Eadem enim eo dicuntur, cuius differunt, vt triangula trianguli differentia differunt: ideo triangula diuersa, figuræ autem non diuersæ, sed in vna, eademque diuisione, quippe cum figura ea quidem, quæ talis est, circulus sit: quæ verò talis triangulum, cuius id, quod tale est, equis lateribus continetur, id verò, quod tale, non equis. Figura igitur eadem est, triangulum non idem.

Qua-

Text. 14

Circulus res  
mortalium.

κύκλος τῶν  
ἀθανάτων  
ἡρώων

1. hu  
6. 7.

Leg  
rōd  
6 c.  
kno



discrepant. Quare cum triangulus equilaterus, & triangulus trium laterum inæqualium conueniant in differentia, quæ figuram proximè secat, quæque triangulum in cõmune constituit, nimirum in triangulari, dissideant autem differentijs quæ triangulum in commune proximè disperunt, vique dicentur eadem figura, sed non idem triangulus. Pari ratione cum duo binarij in differentia proximè diuidente numerum, & constituyente binarium conueniant, differant autem proprijs singularibus differentijs, quibus proximè binarius diuiditur, dicentur idem numerus; non idem tamen binarius.

Sed contra hæc in promptu est obiectio. Socrates & Plato non solum in natura animalis

*Quare & numerus idem est: cum eorum numerus numeri differentia non differat: denarius vero non idem, quod ea diuersa sint, de quibus dicitur: siquidem alia canes sunt, alia equi. Ac de tempore quidem tum ipso, tum his, quæ ad ipsum attinentia huius considerationis sunt propria, dictum est.*

vnum sunt, sed etiã in natura hominis, siquidem vt Porphyrius in sua Isagoge cap. de specie cõmuni Dialecticorũ approbatione, & consensu docuit, plures

homines communionem speciei sunt vnus homo. Non igitur regula, quam hîc tradit Aristoteles ad eadem, & diuersa cognoscenda, rectè se habet. Occurrendum tamen est cum Simplicio inferiora binariam cum superioribus comparari: vel considerando tantum naturas ipsas superiorum, vel differentias, quibus eæ proximè diuiduntur. Priori modo, de quo egit Porphyrius, Socratem & Platonem non in animali tantum, sed in homine etiam vnum quid esse. Posteriori, quem hîc expendit Aristoteles non esse Socratem & Platonem, vnum in homine; cum non conueniant in vna aliqua differentia, per quam homo diuidatur; esse tamen in animali vnum, quia in quadam eius differentia, nimirum rationis particeps consentiunt.

Nota hoc capite ad tex. 133. Philosophicum illud axioma, primum in vnoquoque genere est ceterorum mensura. Quod usurpat etiam Aristoteles 8. huius operis libro cap. 9. tex. 76. & 10. Metaph. cap. 4. tex. 7. Nonnulli, in quibus est D. Thomas. 1. p. q. 2. art. 3. id ita enuntiant, vt dicant primum in quolibet genere esse causam reliquorum. Cuius rei veritatem alibi excusimus.

1. huius oper. 6. 7. q. 1. art. 3.

Obiectio.

Dilutio.

Philosophicum axioma.

## QVÆSTIO I.

### RECTÈ NE TEMPVS AB ARISTOTELE DEFINITUM FUERIT, AN NON.

#### ARTICVLVS I.

### NON VIDERI RECTE DEFINITVM.



Temporis definitionem ab Aristotele traditam hîc in modum impugnabat Stratõ Lãpfacenus Theophrasti discipulus. Tempus est quantitas cõtina, numerus quantitas discreta: igitur tempus non est numerus, atque ad eò nec numerus motus.

1. argum. Stratõnis.

Item. Eandem improbat Galenus hoc fere argumento. Prius & posterius explicantur per tempus; ergo si per hæc tempus definitur; idem per se ipsum declaratur; quæ ratio definiendi circulum continet, & inepta est; cum oporteat

2. arg. Galeni.

id,

lege F. Miradulum lib. 6 c. 3. pro Galeno.



id, quod ad rem implicitam enodandam assumitur, illustrius esse, quod nulli rei sui ipsius comparatione conuenit.

5. arg.  
Plotini.

Præterea. Ad hunc modum Plotinus argumentatur. Mensura debet esse quid manifestum, utpote qua ad rei cuiuslibet quantitatem etiam vulgo ostendendam utimur: atqui tempus est quid obscurum, & motu ignotius. Non igitur motus mensura est. Adde quod tempus pendet à motu, ut à priori, & tanquam ab eo, in quo fundatur: mensura verò non pendet à re, cuius mensura est, sed è contrario res à sua mensura.

4. arg.  
pro Pythag.

Quartò. Sic Pythagorei pro se opponunt. Id censeretur debet tempus, quod ad dimetiendas successiuarum actionum moras maximè aptum sit: hoc autem non potest esse aliud, quàm ipsa sphaera cælestis, quatenus nunc in vna, nunc in alia parte spatij solem, ac reliqua sydera spectanda exhibet, quæ dum cernimus morarum interualla notamus: Ergo tempus nihil est aliud, quàm sphaera cælestis eo modo sumpta.

3. arg.

Quintò. Cum omnis motus corporum cælestium perfectissimam constantiam, & æquabilitatem habeat; non minus constans, & æqualis est lunæ, solis, ac reliquorum planetarum orbiumque conuersio; quàm motus primi mobilis: ergo non in sola prima sphaera, ut superiori cap. Aristoteles docuit, tempus insidet. Accedit sacræ paginæ auctoritas cap. 1. Geneseos docens posita fuisse luminaria in firmamento cæli, ut dividerent diem, ac noctem, essentque in signa, & tempora, dies, & annos. Ad quem etiam locum Philo Iudæus in libro de mundi opificio, Factæ sunt, inquit, stellæ ad mensuras temporum. Nam solis lunæque & aliorum siderum recursus, dies, & menses, annosque conficiunt.

2. arg.

Sextò. Tempus non solum est numerus motus; sed etiam quietis; igitur tempus non debuit definiiri numerus motus duntaxat; sed motus, vel quietis. Antecedens probatur ex D. Augustino id asserente. 11. Confessionum lib. cap. 24. hisce verbis. Etsi variè corpus aliquando mouetur, aliquando stat; non solum motum eius, sed etiam statum tempore metimur, & dicimus tantum stetit, quantum motum est, aut duplo, vel triplo stetit ad id quod motum est. Confirmatur quoque idem antecedens ex eo, quia sicuti nullum corpus nisi tempore mouetur, ita nullum momento; sed tempore quiescit, ut in libris, qui sequuntur, conspicuum fiet.

7. arg.

Septimo. Nullum verum ens componitur ex ijs, quæ neutiquam esse possunt; sed tempus ita se habet, non est igitur verum ens, atque adeò non ei conuenit Aristotelica definitio. Minor suadetur, quia tempus constat ex præterito, præsentis, & futuro. At quod nullum horum possit esse probatur, quia præteritum iam euauit, futurum non dum est; præsens autem non verè esse tempus suadetur ex D. Augustino libro proximè citato, cap. 15. vbi docet siquid intelligitur temporis, quod in nullas iam, vel in minutissimas momentorum

D. August.

partes



partes diuidi possit, id solum esse, quod praesens dicatur, quod tamē ita raptim à futuro in praeteritum transuolat, vt nulla morula extēdatur; nam si extenditur, diuiditur in praeteritum, & futurum; praesens autem nullum habet spatium. Quo patet id, quod ex tempore praesens dicitur, esse solum momentum, quod neuiquam tēpus est, sicuti nec pūctus linea. Eodē spectat illud Senecae lib. 6. Nat. quaest. cap. vltimo. Nec quod futurum est meum est, nec quod fuit; in pūcto fugientis temporis pendeo.

## ARTICVLVS II.

APPROBATVR, ENODATVRQVE  
temporis definitio ab Aristotele tradita.

**E**T si tēpus esse pro comperto habeatur, nemoque sit, qui illud in ore non habeat; siquidem passim vsurpamus hodie, heri, cras, nuper, & similia, tempus significantia: tamen eius naturā cognoscere perdifficile est. Quod significabant Aegyptij Philosophi depicta imagine serpentis caudam suam sub guttur attractam occultantis. Per spiras enim dierum, annorumque volubiles series, vt D. Cyrillus ait, designabant, per caudam verò occultatam, latentem eius naturam. Neque solum difficile est quid tempus sit percipere, sed perceptum oratione explicare. Quo pertinet illud D. Augustini. 11. Confession. cap. 14. Quid est ergo tempus? si nemo ex me quaerat, scio; si quaerenti explicare velim, nescio.

Fuerunt igitur hac de re varia antiquorum sententia, quas commemorauit Aristoteles c. 10. huius libri, Simplicius in sua digressione de tempore. Plutarchus lib. 1. de placitis cap. 21. Galenus in libro de historia philosophica cap. 34. Sextus libro 3. Pyrrhonic. suppositionum. Plato, vt eum Theophrastus, Eudemus, & Alexander contra Simplicium interpretantur, existimauit tēpus esse conuersionē caelestis mūdi. Sic enim in Timæo scripsit. Nox igitur, & dies ad hūc modū, & ob has generata sunt causas, nempe vnius sapientissimae conuersionis circuitus. Mensis autem quādo luna lustrato suo cursu solem consecuta est; annus vbi sol suū totum confecit, & peragravit orbem. Ceterorum autem siderum ambitus ignorantes homines, praeter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur. Itaque vt sic dicam, nesciunt hos siderum errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus, multitudine quidem infinita sed admirabili varietate praeditos. Alij arbitrati sunt tempus esse amplissimam sphaeram totius vniuersi, cuius opinionis Pythagoras auctor fuisse creditur, licet Archytas eius occasionem Pythagoreis dedisse existimetur, vtpote qui, Simplicio referente, docuerit tempus naturae vniuersi dimensionem esse. Eratho-

Tempus quā sit cognitū difficile.

Aegyptij.

Cyrillus.

Augustinus.

Philosophorum placita de natura tēporis.

Platonis opinio.

Sententia Pythagore ab Archyta.



Erastostene-  
nis.  
Plotini.

Definitio tē-  
poris ab Ari-  
stotele tradi-  
ta omniū opti-  
ma.

Duplex nu-  
merus.

A rebus ab-  
stractis.

Rebus con-  
cretis.

Item concre-  
tus duplex.

stenes autē tēpus definiebat solis iter. Plotinus denique vitam ani-  
mæ in motu transeunte ex alia in aliam vitam.

Cæterum omnes hæ definitiones parum appositæ sunt, vel quia  
nimis obscuræ, vel quia rem ipsam non attingunt. Optimaque ha-  
betur ea, quam Aristoteles superius tradidit, videlicet. Tempus est  
numerus motus secundum prius, & posterius. Vt autem ea clarior,  
illustriorque euadat, singulas ipsius partes enucleatius exponemus.  
Prima est, numerus, aduerte igitur numerum, quod ad præsens insti-  
tutū attinet, diuidi à Peripateticis ex doctrina Aristot. hoc in libro  
ad tex. 102. in numerum à rebus abstractum, vt in binarium, & ter-  
narium; & in numerum rebus concretum, vt in binarium lapidum,  
ternarium leonum. Item numerum concretum rebus duplicem ha-  
beri; vnum, qui ex partibus re ipsa discretis coalescit; cuiusmodi est  
binarius duorum hominum: alterum, qui constat ex vnitatibus non  
re, sed cogitatione disiunctis, vt si quis continuum aliquod in duo  
dimidia intellectu partiatur, & ex ijs binarium cōficiat. His positis,  
cū Aristoteles tempus numerum vocat; numerum sumit pro eo,  
qui rebus est concretus; id est, pro numero partium motus, seu pro  
partibus motus numeratis; itemque pro numero, qui conficitur ex  
vnitatibus, non re, sed mente ab se diuisis: cū dicat tempus metiri  
partes motus, quæ re ipsa continuæ sunt, sibi que cohærentes; sed ta-  
men vt diuisæ, ac separatæ concipiuntur.

Altera particula est, motus, Pro cuius explicatione haud ignorā-  
dum est, quod præter alios edisserit S. Thomas in 2. d. 12. q. 1. art. 5.  
& opusc. 48. in explicatione Categoriæ Quando. Argentinas in 4.  
d. 48. art. 4. q. vnic. Alensis 2. p. q. 9. m. 9. D. Bonau. in 1. d. 37. n. 33.  
Gilbertus in Boetium de consol. Caietanus 1. p. q. 10. art. vlt. & Ca-  
pr. in 2. d. 2. q. 2. art. 3. videlicet bifariam tempus vsurpari: vno modo  
prout est numerus, seu mensura motus summè æquabilis, ac primi,  
qualis est conuersio supremæ spheræ: altero quatenus est mensura  
cuiusque motus, & in qualibet re actu motum subeūte infidet. Iuxta  
priorem illam notionem tempus vnum tantum est, sicuti & vnū pri-  
mum mobile: iuxta posteriorem tot sunt tempora, quot motus: iux-  
ta priorem tempus est mensura propria, & interna motus primi mo-  
bilis; simulque cōmunis & externa aliorum omnium motuū: iuxta  
posteriorem tempus per se est mensura dumtaxat motus, cui inest.  
Secundum priorem sumitur tempus Apoc. 10. cum Angelus iureiu-  
rando asserit non futurum tempus amplius, quia nimirū vt D. Tho-  
mas eo loco interpretatur post diem vniuersalis iudicij non erit am-  
plius tempus primi mobilis, cessante eius & aliorum corporum cæ-  
lestium cōuersione: secundum posteriorem loquitur D. August. 12.  
de ciuitate Dei c. 11. vbi cōcludit si ante cælū & terrā fuerūt Angelici  
motus fuisse etiam tempus; & 11. Confess. cap. 23. cū ita scribit.  
Cur enim non potius omnium corporum motus sint tempora? An  
verò si cessarent cæli lumina, & moueretur rota figuli non  
esset

De alijs opi-  
nionibus Da-  
masci, Strato-  
nis, Iāblici,  
Procli legem  
Simplicium.

Consule D.  
Damasc in  
Physic. c. 10.  
D. August. 12.  
de Ciuit. Dei  
cap. 15. Aegi-  
dium in 1. d.  
19. q. 2. art. 1.  
& d. 37. q. 1.  
art. 3. M. Alb.  
in tracta. de  
quatuor cog.  
q. 3. ar. 11.

Duplex tem-  
poris vsurpa-  
tio.

Qua rāione  
vnum tantū  
sit tēpus, vel  
plura.

D. August.

Duplicē hęc  
notionē tē-  
poris asserit  
etiam Iādic-  
nus 4. huius  
operis q. 28.  
Iauellus q. 23.  
etsi eam non  
videatur ad-  
mittere D.  
Thom. opus.  
36. c. 2. Auic.  
Alex. Them.  
Auerr. Theo-  
phrast. & Por-  
phyrius, quos  
refert M. Al-  
bertus hoc lo-  
co itac. 3. c. 4.

Lege  
2. d. 12.  
6. R. c.  
3. q. 1.



esset tempus? Et paulò inferiùs. Nemo mihi dicat caelestium corporum motus esse tempora; quia & cuiusdam voto cum sol stetit, vt victor Iosue praelium perageret, sol stabat, sed tempus ibat.

Sol. c. 30.

Igitur Aristoteles tempus priori duntaxat modo sumptum definit, quòd illud praestantissimum sit, & in tota vniuersitate naturæ maximè notum. Commonefacit autem D. Thomas 1. p. q. 66. art. 4. si alius orbis caelestis à Deo fieret, qui cæteros suo complexu cohiberet, suoque motu circumuolueret, futurum vt in eius conuersione ponendum esset illud temporis indiuiduum, quod Aristotelica definitione explicatum est: id enim tunc omnium prima mensura foret.

Quod tempus definit Aristoteles.

Aduerte etiam præter hoc tempus singulare, dari aliud, vnum quoque in essendo, & vniuersale in mensurando, nempe tempus imaginarium, quod illo est antiquius, æquabilius, & vniuersalius. Antiquius, quia tempus primi mobilis cœpit cum eius motu; tempus vero imaginarium initio caret. Æquabilius, quia reliqua tempora, si spectentur præcisè comparatione motuum, quibus adæquantur, alia celerius, alia tardius fluunt, sicut & ipsi motus, paremque extensionem cum illis sortiuntur, vt progressu etiam dicemus; at tempus imaginarium æqua semper labitur velocitate; quia à nullo motu pendet. Vniuersalius, quia non alia tantum, quæ sub temporis mensuram cadunt metitur, sed ipsius etiam motus primi mobilis, & eius durationis regula est. Veruntamen in eo longè deteriorem conditionem sortitur, quòd nequaquam sit aliquid positium & reale, sed imaginarium: non quasi in sola imaginatione tanquam figmentum consistat; sed quia vt in spatio imaginario, (de quo alibi,) dimensiones quasdam veris dimensionibus respondentes concipimus, ita & in huiusmodi tempore apprehendimus successionem quandam velut instantibus copulatam, quæ motus omnes & quietes, ac tēpora ipsa metitur.

Tempus imaginarium. Antiquius. Æquabilius.

Vniuersalius.

Sequitur tertia definitionis particula, secundum prius & posterius, Pro qua item obseruandum est quamlibet Physicam lationem dupliciter secari posse: vel ratione subiecti, in quo inest, & cuius extensione protenditur, sicuti candor, cæteraque accidētia, quæ in corporibus hærent; vel secundū propriā ac peculiarē ipsius motus continuitatē. Iuxta priorē modū oēs partes motus simul existūt, nec in eis vlla datur successio, aut prius & posterius, sicuti nec in subiecti partibus. Iuxta posteriorē quēadmodū interim dū mobile cietur, alias partes spatij prius, alias posterius decurrit (idem suo modo intellige de cæteris motibus cōparatione partiū formarū, ad quas tēdūt) ita alias sui fluxus partes prius obtinet, alias posterius. Has verò quia tempus mensurat, iccirco definitur numerus motus secundum prius, & posterius. Quod idem valet, ac si dicamus: Tempus est partes motus numeratæ, prout durant, quarum alia labuntur prius, alia posterius.

Physica lationem bifariam diuidua est.

Qua consideratione partes motus existant simul.

Lege Capr. in 2. d. 2. q. 2. art. 6. Ric. quodl. 3. q. 6.



Porro docuit tum Aristoteles hoc in lib. cap. 14. text. 131. tum D. Augustinus 11. Confess. cap. 28. tempus esse opus animæ, seu pendere ab anima; quia ipsum considerarunt non absolute, sed prout in primo mobili ab anima limitatur, & præscribitur ad metiendos motus sublunaris mundi. Quo pacto anima sumit diuersas partes eiusdem temporis, quæ sunt mensuræ durationum; verbi gratia, eam partem temporis, quæ consequitur vnam solis à puncto Orientis ad idem punctum circuitiorem, eamque appellat diem, & eandem in viginti quatuor partes distribuit, quarum vnam quaque horam vocat. Quod liquet tempus definitum ab Aristotele non esse ens reale, nec per se contineri in quantitatis categoria; sed esse ens rationis; cum illa sectio & limitatio, sola mentis actione fiat: licet alioqui tempus absolute spectatum (quicquid senserit Aphrodisæus, Galenus, & alij his multo antiquiores, quorum meminit M. Albertus in sūma de quatuor cœquæuis quæst. 3. art. 10.) ens reale sit; cum motus, sublata omni apprehensione intellectus, in suo esse persistat, atque adeo realem, propriamque sibi durationem vendicet; quæ non est alia, quàm tempus. Quare Parisienses articulo. 199. errorem censuerunt affirmare tempus nihil esse in re, sed in sola mentis notione; tempus videlicet, quod est duratio simpliciter sumpta. Ita patet quo pacto definitio temporis intelligenda sit.

Lege M. Alb. in sūm. de 4. coqu. q. 3. art. 10. Auerr. cō. 131. D. Th. ibi dem & opul. 44. Sone. 1. Metap. q. 24.

Idē latè probat Greg. in 2. d. 2. q. 1. cō. sulo etiā Hen. Gand. quodl. 3. q. 10. d. Th. in 1. d. 19. q. 1. art. 1.

## ARTICVLVS III.

SOLVTIO ARGVMENTORVM,  
quæ initio proposita sunt.

Sol. 1.

Qua consideratione tempus sit continuū, qua discretum.

**N**Vnc primi articuli argumentis occurramus. Ad primum dicendum est tempus, spectatum prout est in rebus, esse continuum; prout est in mente, seu quatenus ab intellectu diuiditur, modo superius explicato, esse quidpiā discretum: Aristotelem autem hac posteriori usurpatione tempus definiisse. Consule M. Albertum hoc loc. tract. 3. cap. 5. Auerroem com. 109. D. Th. Simpl. & Themist. tex. 100. & 101.

Sol. 2.

Ad Secundum, Prius & posterius in definitione tēporis non explicari per tempus. Nam hæ particulæ, vt suprā declaratum fuit, designant partes motus, prout successiuè fluunt, & à nobis numerantur secundum successionem vnius post aliam. Vbi patet prius & posterius non explicari per tempus.

Solut. 3.

Ad tertium, Tempus secundum suam naturam esse quidpiā ignotius motu; cum motus sensui per se pateat, atque omnium oculis sese vltro ingerat; non ita verò tempus: sed enim id non obstare quo minùs tempus secundum rationem mensuræ notius sit motu, qui ab eo mensuratur; quatenus deprehendimus hunc & illum mo-

tum

Lege M. Albertum 8a. de us q. 3. ad vlt.



tum velocem aut tardum esse; quia parvam, aut longam moram facit. Ad reliquam eiusdem argumenti partem dicendum, licet tempus quoad suum esse à motu pendeat, motum nihilominus pendere à tempore, vt à mensurante: nec esse absurdum duo aliqua ab se mutuò pendere diuersa consideratione.

Ad quartum, Concedenda est propositio, ad assumptionē verò dicendum, sphaeram cœlestem prout sidera circūuehit, & ea nobis videnda præbet, nihil facere ad dimetiendas mutationes, earumque moram notandam, nisi ipsius mundi cœlestis conuersio quoad sui durationem spectetur. Quare non rectè Gregorius Ariminensis in 2.d.2.q.1. art. 1. hoc potissimum argumento adductus cōtendit nihil esse aliud tempus, quàm ipsum cœlum; aduersus quem lege differenter Capreolum eodem loco quæst. 2. art. 3. vbi indignè fert susceptum fuisse ab illo patrocinium eius opinionis, quam Aristoteles ante duo annorum millia stultitiæ nomine improbavit, vt cōstat ex cap. 10. huius libri tex. 94.

Ad quintum, Et si omnes cœlestium corporum motus, pro sua quisque ratione, sint æquabiles, atque in ijs etiam tempus insit, primum tamen ac nobilissimum tempus insidere in motu omnium maxime æquabili, sibi que simili, qualis est motus primi mobilis teste Aristotele 8. huius operis cap. 10. text. 83. & lib. 2. de cœlo cap. 6. text. 36. licet istiusmodi tempus à motibus inferiorum orbium distinctionem, & varia appellationum discrimina sortiatur. Etenim à motu solis distinguitur in annos, à motu lunæ in menses, aliasque id genus durationum mensuras. De quibus lege, si placet, Macrobius lib. 2. in somnium Scipionis cap. 11. Aduerte tamen cum in Geneseos dicuntur luminaria cœlo affixa, vt sint in tempora, nō sumi ibi tempus pro mensura motus, quod Græcè dicitur *μερόν*, sed prout designat oportunitatem ad res faciendas, vt ad serendum, nauigandum, aliaque eiusmodi, quæ diuersis anni temporibus fiunt, Græcè *καιρός*, Hebraicè Mogadin.

Ad sextum, Tempus esse per se mensuram motus; quietis autem ex accidente, vt Aristoteles asseruit cap. 12. huius lib. tex. 118. quatenus videlicet quies est priuatio motus. Nam ea quæ per se habitui conueniunt, ex accidente priuationi accommodantur. Vt cum aspectus per se sit luminis, ex accidente est tenebrarum. Quod enim, tempus solius motus, non autem quietis per se mensura sit, ex eo cōuincitur; quia tempus metitur rem secundum prius & posterius, à quorum vno ad alterum est trāsitus; at hæc in quiete non insunt, nisi facta ad motum relatione, atque adeò ex accidente. Ob hanc igitur rationem Aristoteles non per quietem, sed per motum tempus definiit; cum vnumquodque per id, quod per se illi conuenit, definiri oporteat.

Ad vltimum, Concessa maiori, neganda est minor, dicendumque alium existendi modum vendicare res successiuas, alium permanē-

Quo pacto tempus pendeat à motu, motus à tempore.

Sol. 4.

Reijcitur opinio Greg.

Sol. 5.

Tempus primi mobilis vt varias appellationum differentias sortiatur.

Sol. 6.

Cur tempus nō definiatur per quietem, sed per motum duntaxat, et si illam quoque metiatur.

Sol. 7.

tes;

lege M. Albertum in tracta. de 4. coe. nis q. 3. art. II. ad vlt.



Quo pacto res successiuè existant.

tes: etenim hæ constant partibus simul existentibus; illæ partibus, quæ cum in perpetuo fluxu consistant, ita se habent, vt non nisi vna intereunte alia succedat. Itaque fatendum est partes temporis non existere simul; negandum nullo modo existere. Et vero è tribus temporibus, præterito, præsentis, & futuro; præsens dicitur actu existere; non quod eius partes cohæreant simul, sed quia ita præteruolant vt tamen copulentur præsentis instanti, quo etiam modo extitit id, quod iam effluxit, & existet, id quod futurum est. Cum autem D. Augustinus loco citato nihil temporis præsens appellare vult præter id, quod in eo diuidi non potest, quod est momentum, paulo pressius, nomen præsentis vsurpat: Seneca verò de præsentis instanti loquitur.

Lege M. Albertum hoc in lib. tract. de tempore c. 7. Capr. in 2. d. 2. q. 2. art. 3.

ARTICVLVS III.

VBERIOR EXPLICATIO SUPERIORIS argumenti; & quod tempus non existat per sola instantia.

Videri tempus per sola momenta existere.

1. arg.

2. arg.

**Q**uoniam ea, quæ de temporis existentia paulò ante diximus, non nihil habent difficultatis, illustranda à nobis hoc loco sunt. Ac primùm videbitur alicui tempus per sua duntaxat momenta existere. In primis quia celebre est apud Philosophos nihil simul esse dum fit. Quare cum tempus per successionem perficiatur; consequens est vt dum successiuè fluit, non sit, sed per sola momenta. Secundo, quia cum omnes passim in ore habeant nihil nos è tempore præter instans habere; communis hominum consensus videtur totam temporis existentiam in instantia includi. Pro quo etiã facit, quod esse cuiusque rei est à forma, momenta verò sunt partes formales temporis, reliqua vicem materiæ obtinent.

Tempus non simpliciter existere per momenta.

Existencia est idem re cum eo, cuius existencia est.

Instantia sunt velut partes formales temporis.

Afferendum tamen est tempus absolutè ac simpliciter non per instantia, sed per suas partes successiuas actu existere: esto aliquo modo dici queat existere etiam per instantia. Huius assertionis prior pars, quam statuit, præter alios, Durandus in 2. d. 2. q. 4. hisce rationibus ostenditur. Existencia cuiusque est idem re cum ipso: sed existencia instantis non est idem re cum tempore; quia cum sit idem cum instanti, instans et tempus essent realiter idem, iuxta axioma illud philosophicum, quæcunque sunt eadem in vno tertio, sunt eadem inter se. Igitur existencia instantis est alia ab existencia temporis. Item quodlibet momentum est insectile, ac totum simul, similiterque ipsius existencia; tempus autem est diuiduum, & successiuum, iteq; existencia illius: ergo existencia instantis non potest esse existencia temporis, alioqui res successiuæ existeret simul, quod à natura

suc-



successiui longè abest. Quod ad posteriorem partē assertionis spectat, ex eo illa confirmatur; quia cum instantia sint quasi partes formales temporis consentaneum est vt dum illæ existunt, dicatur per ea tempus existere; præsertim si loquamur de existentia præfinita, & totali simul, qualis habetur in tempore sola existentia indiuisibilis, quæ est instantium.

Argumenta verò, quæ nostræ conclusioni aduersabantur, nihil conficiunt. Nam dictum illud, nihil est dum fit, intelligi debet nõ de successiuis, vt annotauit Auerroes 3. huius operis com. 57. D. Thomas in 2. d. 1. q. 1. art. 2. Capr. in 2. d. 2. q. 2. art. 3. nec etiam de permanentibus, quæ momento fiunt. Quod enim momento fit simul est ac fit; sed de ijs permanentibus, quæ per motum efficiuntur, de quibus ait Aristoteles 8. huius operis cap. 8. tex. 69. tunc primò esse, cum datū est vltimū instans eius temporis, in quo fiebant. Item illud, è tempore nihil habemus præter instans, sic interpretandum est, vt nihil è tempore præfinitum, & determinatum, ac simul habeamus, præter instans, quo ea pars temporis, quæ immediatè præcedit, & ea, quæ proximè subsequitur, inter se copulantur: etenim tempus præsens ex his partibus conflatum haud dubiè indefinitum est, sicuti & partes ipsæ, vtpote quæ incertæ extētionis sunt, idest, non tam exiguæ, quin minores.

Quod postremò obijciebatur, vnumquodque habere esse, idest, existentiam à forma, difficultatem inuoluit de causa existentia, quã primo huius operis libro explicuimus. Nec est quod hoc loco actū agamus. Negandum est existentiam tribui à sola forma, licet formam vt in composito naturali principem locum tenet, sic ei potiorē existentiam conferat. At enim hoc ipsum de formis proprijs duntaxat intelligi debet, non de ijs, quæ per analogiam tantum, ac similitudinem, formæ dicuntur, cuiusmodi sunt instantia respectu temporis. Quod hætenus de existentia temporis diximus, asserendū quoque suo modo erit de existentia motus; cum in vtroque par, atque eadē ratio sit.

Quo pacto intelligendū nihil nos habere è tempore præter instans.

Existētia nõ tribuitur à sola forma.

## QVAESTIO II.

### VTRVM NE TEMPVS

à motu distinguatur.

#### ARTICVLVS I.

NON ESSE MOTVM ET TEMPVS  
res diuersas, esto ex natura rei differant.

NON



Status que-  
stionis.

Opinio ex-  
istimantium  
differe tē-  
us  
realiter à mo-  
tu.

1. arg.



NON excitamus controuersiam de tempore primū mobilis comparato ad aliorum corporum motionem, cuius externa mensura est; sic enim nemo dubitat re ipsa inter se distingui tēpus & motum; cū in subiectis re diuersis hāreant. Intellegenda est ergo quęstio de quolibet tempore respectu eius motus, quē intrinsecus metitur. Sunt qui asserant tempus ita sumptum esse rem à motu diuersam. Primū quia si eadem res essent, cū tempus mensuret motum, à se ipso tēpus mensuraretur, quod est absurdum. Secundò, quia tempus videtur esse soboles motus, tum quia est passio illius, docēte Aristotele 5. Metaph. cap. 13. tex. 18. tum quia prius & posterius in tempore gignitur ab eo, quod prius & posterius in motu est; fieri autem nequit vt soboles idem re sit cum progenitore. Tertiò, quia Aristoteles hoc in libro cap. 10. tex. 94. coarguit eos, qui motum sphaerę, tempus esse contendebant, & cap. 12. tex. 118. disertis verbis docet motum non esse tempus.

Conclusio.

Suadetur pri-  
or pars cōcl.

Suadetur po-  
sterior pars.

Diluuntur ar-  
gumenta.

Nostra tamen conclusio sit, tempus non distingui re à motu; distingui tamen ab illo ex natura rei. Prior pars huiusce conclusionis suadetur, tum quia nulla ratio, aut necessitas cogit tempus à motu re ipsa distinguere: tum quia si eo pacto disiderent, posset vtrūque sine altero diuinitus conseruari, quod nemo concedet: tum quia tempus definitum est ab Aristotele numerus motus secundum prius, & posterius, idest partes ipsę motus numeratę, quatenus durant. Altera verò pars conclusionis inde patet quia tempus est duratio motus, & eius mensura, atque eo natura posterius; itemque partes motus copulantur mutatis esse; partes autem temporis instantibus. Postreimò quia sæpe temporis extensio parua est, motus verò magna; si videlicet longa spatia locorum celeriter decurrantur; & è contrario sæpe motus extensio breuis est, temporis autem longa; si breue spatium tardè conficiatur. Nec contra hanc rationē est quod Aristoteles 11. capite huius libri docuit, magnitudinem, motum, & tempus inter se æqualia esse: loquitur enim ibi de extensione, quam tempus obtinet ex parte termini per motum acquisiti; nō de ea, quę ipsi tempori propria, & germana est, qua adæquatur durationi imaginarię, vt in explicatione contextus admonuimus.

Argumenta verò initio proposita nullam aduersus traditam cōclusionem vim habent. Licet enim tempus & motus idem re sint; cū tamen ex natura rei differant, ea distinctio fat est vt vnum alterum mensuret, nec tamen se ipsum propriè metiatur. Item licet tempus motū supponat, ipsumque veluti quędam natia proprietates consequatur, non proinde tamen illius soboles rite, ac propriè censebitur, cū non propriè dicatur ab eo gigni, aut produci. Aristoteles autē non eos reprehendit, qui tempus idē re cū motu cęli faciebāt; sed qui nullū prorsus inter hęc discrimen esse opinabātur.



## ARTICVLVS II.

## QVONAM MODO TEMPVS AB EXISTENTIA CONTINUITATIS MOTUS DIFFERAT.

**S**uperiori articulo statuimus discrimen inter motum & tempus: proximum est vt quonam modo tempus ad existentiam & continuitatis motus sese habeat, scrutemur. Sūt qui inter hęc nihil omnino discriminis esse putent, idemque de aliarum rerū duratione, & existentia absolute decernāt. In his sunt Scotus in 2. d. 2. q. 2. & in quodl. q. 6. & in 2. d. 2. q. 2. Bassolius ibidem q. 1. art. 3. Ochamus in 2. q. 10. Gabr. d. 2. q. 1. Quibus ea potissimum fauēt argumenta; quod nihil aliud est rem durare, quam existere; nec aliud est rem quamquam esse breuis aut prolixæ durationis, quam esse breuis, aut prolixæ existentia. Item quia si existentia, & duratio essent distincta ex natura rei, eo pacto distinguerētur inter se creatio & conseruatio; cuius oppositum in 8. huiusce operis libro ostēdemus. Assumptum probatur, quia creatio tendit in rem sub esse existentia; conseruatio verò fertur in eādem quatenus iam durat.

Tertio, quia si duratio ab existentia differret tanquam eius mensura, esset quidpiam ea posterius, sicque existentia non probē diceretur à Philosophis vltimus modus, siue postrema actualitas cuiusquā; ultra quam nihil iam amplius rei productæ adueniat. Tandem quia nec rerum, nec rationum formalium eiusdem rei multitudo absque necessitate inuehēda est: nulla autem videtur esse necessitas ob quā duratio, & existentia cuiusquā inter se vlllo pacto distingui debeāt.

Nobis tamen verisimilior videtur sententia Richardi in 2. d. 2. q. 1. art. 1. circa primū principale, Maironij q. 2. Argētinatis q. 1. art. 1. & aliorum putantium durationē differre ab existentia, non quidē realiter (Alioqui possent ambo diuina saltem virtute ab se mutuō disiuncta conseruari) sed tamen ex natura rei: atque adeo tempus, de quo in hac disceptatione privatim quærimus, ex natura rei distingui ab existentia & continuitatis motus. Primū quia ratio existentia in eo tantū consistit, vt res sit extra suas causas: duratio vero significat protensionē, seu morā rei in suo esse, cū nimirū res ultra instans durando protenditur vel saltem importat mensuram superuenientem existentia; quod in omnem rem conuenit, siue per vnum duntaxat momentum duret siue diutius perseueret.

Deinde sic idem institutum comprobatur; existentia Dei, & eius æternitas, quæ est duratio diuini esse, distinguuntur virtute inter se. Æternitas enim est attributum, quod vt cūque demonstrari potest à priori per immutabilitatē; esse verò est ipsa Dei natura, sub indeque nequit à priori demonstrari, vt D. Thomas prima parte quæstione 2. art. 2. ac cæteri ferē Theologi communi consensu eradunt, ergo existentia & duratio in rebus creatis nō idē omnino erunt; ita vt nullā inter se admittant distinctionē. Probatur consecutio, quia absurdū videtur hęc extra Deum in maiorem colligi vnitatē quam

lege Capr. in  
1. d. q. 1. ar. 1.  
cōcl. 3. & in  
eadem q. art.  
3. ad. 3. Gerar  
di contra 1.  
concl.

Qui putēt tē-  
pus, & existe-  
tia continui-  
tatis motus  
nequaquā dif-  
ferre.

1. arg.

2.  
3.  
4.

Dissolutio p  
positæ dubit.

Durationem  
differre ab ex-  
istentia.

Probatur.



in ipso Deo: cum res quò longius à fonte, ac principio sui esse recedunt, eò magis degenerent à simplicitate, & in multitudinē abeant.

Existētia nō  
habet in præ  
dicamentis lo-  
cum

Refellitur Ba-  
ssolij respon-  
sio.

Tempus nō  
esse duratiō-  
nem senten-  
tia minimè  
Peripatetica.

Diluantur ar-  
gumenta ex-  
istimantiū tē-  
pus non dif-  
ferre ab ex-  
istētia motus.

Ultimò idē speciātim de tempore hunc in modū concluditur. Si tempus neutiquā differret ab existētia, cum hæc ex vnanimi philosophorū placito, non habeat in categorijs locum, sequeretur tēpus haud rectè in serie quantitatis, vt propriam illius speciem collocari, quod tam en Aristoteli, & cōmuni sententiæ repugnat. Nec satisfacit huic argumento Bassolius in 2. d. 2. q. 1. art. 3. aens tempus non esse durationē motus, sic enim reijceretur à prædicamentis, sed esse motus extensionē; eoq; modo inter species quantitatis reponi. Nō inquam satisfacit, quia negat tempus esse durationem motus, quod omnis Peripatetica schola confitetur. Ex dictis collige essentiā, existētiā, & durationem, quæ tria in qualibet re creata nexu quodam inter se colligata reperiuntur, cum seruare ordinem, vt essentia prior sit; secundū locū habeat existētia; tertiu ac postremū duratio. Nostra igitur sententia hunc in modū explicata, & stabilita, non erit difficile aduersariæ partis assertoribus respondere. Nanq; eorū primo argumento negamus existere nihil esse aliud, quàm durare: cur autem id inficiemur constat ex discrimine inter durationem & existētiā à nobis tradito.

Ad secundum neganda est consecutio, & ad eius probationem dicendum malè ibi assignari discrimen inter creationem, & conseruationem: vtraque enim tendit in rem sub esse existētiæ; sed creatio cum nouitate, conseruatio sine nouitate essendi, quæ diuersitas accidentaria tantum est.

Quod ad tertij argumenti explicationē attinet, sunt qui effectum illud, existētia est vltima cuiusq; rei actualitas, non ita interpretā dum censeant, quasi existētia sit vltima ordine generationis, sed ita vt dicatur vltimus, idest, supremus gradus, quo vnaquæque res adornatur, & perficitur. Nos tamē qui arbitramur cum D. Thoma q. vnica de anima, art. 6. existētiā etiam ordine generationis postremam esse, respondemus existētiā dici postremā actualitatē, & modū rei, quia vnaquæque forma & perfectio, habet sese ad existētiā vt potentia ad actum, quatenus potest secundum se existere & non existere, neque potentialitatem exuit dū non stat actu sub existētia. Hoc vero modo etiam duratio ad existētiā comparata est in potestate ad illam, vt ad vltiorem gradum, quatenus sumpta secundū suā essentiā est indifferens vt ponatur in rebus. Quo fit vt existētia maneat vltimus modus rei, vt pote, cui ipsa quoque duratio præconcepitur, & à qua existens dicitur, cōmodata inuicē mutua appellatione, vt sicut existētia à duratione durans, ita duratio ab existētia existens nūcupetur. Verum quia in hac reciproca existētia modo præit durationē, modo sublequitur, respondendū potius ideo existētiā dici postremā actualitatē, quia est id, per quod tandē res, quæ producitur, formaliter ponitur extra suas causas; licet eidem aliquid præterea superueniat, quod posterius sit.

Lege Henri.  
Gand. in sū-  
ma art. 1. q.  
4. & art. 23. q.  
2 M. / lb. in  
1. d. 8. tra. 22.  
Dur. ead. d. q.  
2. Aegid. ibi-  
de. 2. princ.  
q. 2. art. 2.

D. T.  
sc. c.  
tibi  
int  
& d.

Har-  
tion  
verū  
dit  
Enn  
cap.  
mō  
nis.

Hac  
rillu  
lib.  
Iul.  
in M  
gr  
Aug  
gnit  
tē c.  
de T  
Leg  
ny c.  
nini  
D. A  
83. q.  
& 12  
Dei.  
char  
2. q.  
prin  
Th.  
10. q.



## QVÆSTIO III.

NVM PRÆTER TEMPVS ALIÆ ALIARUM rerum durationes cōstituendæ sint.

## ARTICVLVS I.

DE AETERNITATE, ÆVO, ET QVI-  
busdam alijs durationibus.



VM duratio sit mensura esse cuiusque rei; cūmque oporteat mensuram proportionē respōdere ijs, quæ sub mensuram cadunt; docente Aristotele 10. Metaph. c. 3. tex. 4. fit inde vt pro diuersitate modi, quores à suo esse deficere, aut non deficere possunt, diuersæ rerum durationes cōstituendæ sint. Porro

Omnia mensuranda debent esse congenera & accommodata mensuranti.

D. Tho. opu-  
sc. de instan-  
tibus A. Egid.  
int. d. 8. q. 2.  
& d. 19. q. 2.

autem quædam res sunt, quæ per nullam potentiam queunt in suo esse persistere, vel quia suo opte ingenio sunt in perpetuo fluxu, & successione; quo modo sese habent omnes motus, quorum propria mensura est tempus: vel quia fieri nequit vt amplius quàm momento durent, cuiusmodi sunt mutata esse, quibus partes motus copulantur. Atque horum mensura est instans.

Hanc defini-  
tionem eisdē  
verbis tradi-  
dit Plotinus  
Enn. 3. lib. 7.  
cap. 2. ex Ti-  
mœo Plato-  
nis.

Est res alia ab his omnino diuersa, nimirum Deus Opt. Max. qui in suo esse ita perseuerat, vt contradictionem implicet, ab eo deficere, atq; ad ipsum secundum nostrum modum intelligendi vtcūq; mensurandum (infiniti enim propriè ac per se mensura nulla esse potest) constituitur æternitas; quam Boetius lib. 5. de consolatione Philosophiæ prosa 6. hunc in modum definiit. Æternitas est interminabilis vitæ tota simul, & perfectæ possessio: hoc, est duratio omnino inuariabilis, atque independens. Vt paucis cōplectamur, quod multis explicant D. Thomas 1. p. q. 10. art. 1. alijque doctores in 2. sent. dist. 2. Vt enim solum diuinum esse omnino immutabile est & in se infinitè perfectum, nec aliunde pendens; ita propria ac reciproca eius duratio talis esse debet.

Æternitas

Hac de re Cy-  
rilus Alexan-  
drinus lib. 7. contra  
Iul. Anselmum  
in Monologo  
cap. 2. D. Augu-  
stini de cog-  
nit. verit. vi-  
tæ c. 30 & 35.  
de Trinit. c. 5.  
Lege D. Diony-  
sij c. 10 de di-  
uinis nomi-  
nis. D. Augu-  
stini lib. 83. quæst. 72.  
& 12 de ciui-  
Dei. c. 10. Ri-  
char. in 2. d.  
2. q. 3. circa  
princip. D.  
Th. quodli.  
10. q. 2. art. 1.

Inter Deum, qui non potest non in suo esse persistere, & ea quæ nequeunt in suo perseuerare mediæ quædam res sunt, quæ possunt à suo esse aliquo modo cadere, & in eo aliquandiu permanere, quarum duo sunt generales ac cōmunes gradus. Aliæ nanque per solam diuinam virtutem deficere possunt: & harum quædam sunt naturalis ordinis, quædam supernaturalis & quasi diuini. Ordinis naturalis, vt Angeli, & eorum naturæ facultates, itemque species eis congenitæ. Præterea animæ rationis participes, & earum immateriales potentia; itemque cœlestia corpora, & materia prima; quæ omnia mēsurantur æuo. Potest autem definiri æuū hoc modo æuū est duratio seu mensura esse creati naturalis, stabiliter, ac perenni-

Duratio diuini esse.

Duo genera-  
les & cōmu-  
nes gradus re-  
rum.

Æuū.  
Quarum rerum  
sit duratio.



ter sese habentis. Dicitur, esse creati, ad remouendam æternitatem. Naturalis, ad remouendam mensuram rerum supernaturalium. Stabiliter, seu permanēter sese habentis, ad excludendas mensuras rerū successiuarū, & quæ raptim fluunt, vt tempus, quod mensurat motū; & instantia, quæ mensurant mutata esse. Perenniter, ad excludendas mensuras rerū permanentiū, quæ interitui subiacent, cuiusmodi est duratio substantiarum corruptibilium.

In quo nec  
successio nec  
partiū distin-  
ctio.

Res verò ordinis supernaturalis, quæ in altero propositæ subdivi-  
uisionis membro continebantur, sunt v. c. intuitiua cognitio diu-  
inæ naturæ, beatifica dilectio cuiusque beati, & lumen gloriæ. Hæc  
verò aliam sui esse mensuram sortiuntur, nimirum æternitatem, vt  
vocant, participatā, quæ eo differt ab æuo, quod hæc sit duratio es-  
sere rei supernaturalis, & quasi diuini ordinis. Illud verò rei naturalis.

Æternitas  
participata  
quibus cō-  
perat.

Quod attinet ad alterum gradum rerum, quæ videlicet suapte  
natura deficere, & aliquandiū permanere possunt: hic tripartitam  
rerum continet varietatem. Nam quædam subiectæ sunt mutatio-  
nibus ad interitum ducentibus, & tamen ipsæ quoad suum propriū  
esse aliquandiū perseuerant, vt substantiæ, quæ ortum, & occasum  
subeunt. Hæc verò si spectentur quatenus aliqua eiusmodi mutatio-  
num afficiuntur; mensurantur tempore; non per se, sed ex acciden-  
te. Si autem sumantur quoad suum esse duntaxat, tunc non tempo-  
re mensuratur, sed alia quadā mensura à tempore, & ab æuo distin-  
cta, & inter hæc media, quam Henricus Gandauensis quodlibeto. 5.

Substantiæ cor-  
ruptibiles qua-  
duratiōe mē-  
surentur.

Modus æui,  
quibus rebus  
accommoda-  
tur.

q. 13. modum æui appellat. Nam quòd tempore, vt quidam putāt,  
non mensurentur, communis est Theologorum sententia, D. Th.  
opusc. 44. Heruæi quodlibeto 2. q. 2. Aegidij in 1. dist. 19. quæst. 2.  
art. 1. ad 4. Scoti in 2. dist. 2. quæst. 4. Durandi ibidem q. 6. Ca-  
preoli in 4 d. 43. q. 1. art. 3. licet hi in assignanda prædictarum sub-  
stantiarum mensura nequaquam inter se conueniant. Sanè quidem  
non mensurari illas tempore, si præcisè quoad suum esse specten-  
tur, ea ratio probat; quia oportet mensuram rei mensuratæ accom-  
modatam, & congeneam esse. Quare cū substantia rerum corru-  
ptibilium ita sumpta non sit quidpiam successiuum; consequens est,  
vt tempore, quod successiuum est, non mensuretur. Neque ob-  
stat, quod Aristoteles hoc in lib. cap. 12. docet generabilia in tem-  
pore esse, eoq; mēsurari; loquitur enim de ijs prout motui, & quieti  
subiacent. Quod ipse eodem capite hisce verbis disertè explicat. Id  
vero, quod mouetur, & id quod quiescit, quatenus quidem id mo-  
uetur, hoc autem quiescit, tempus metitur, & cæc. Non inficiamur  
tamen admodum esse probabilem contrariam sententiam, quam  
tuetur Fonseca libro quinto Metaph. capite decimo tertio quæst.  
12. sect. 3.

Vt vero cæteras mensuras persequamur; quædam formæ sunt  
quæ suapte natura per motum acquiri solent; sed enim postea quam  
cōparatæ fuerunt, permanere in suo integro esse queūt, cuiusmodi  
sunt

De t  
ang  
m  
8. m  
21. 8  
ut. l  
De t  
ere  
1. f  
4. ar.  
10. a  
nan.  
37. f  
quoc  
Dura  
2. Ac  
tract  
sura



sunt qualitates, in quibus per se alteratio versatur; & quantitas ad quam per se tēdit accretio. Et hæc quidem si quoad illud esse permanens, ac fixum considerentur, mensuratur modo æui, sicuti generabiles, caducæque substantiæ. Alia denique sunt entia, quæ non necessario per motum comparantur, sed plerunque mutatione aliqua momentanea; & tamen possunt in suo esse manere. Hæc verò aut naturalis ordinis sunt, vt intellectiones, conceptus, itemque habitus scientiarum, & virtutum, aliaque huiusmodi. Quæ omnia quatenus in suo esse indiuisibiliter consistunt, mensurantur etiam modo æui. Vel sunt ordinis supernaturalis, vt gratia, fides, charitas, aliaque virtutes, & dona diuinitus infusa. Atque hæc aliam vendicant mensuram, quæ modus æternitatis participatæ dici potest.

Modus æternitatis participatæ.

## ARTICVLVS II.

## DE TEMPORE SPIRITALE CONTINUO, de tempore discreto, de instantibus naturæ.

**Q**uæret tamē aliquis; cū spiritales formæ, v. c. habitus scientiarum, & virtutum, non solum momento acquirantur; sed possint etiam successiua continuatione intendi, vt tertio huius operis libro statuimus; num ad dimetiendos huiuscemodi motus alia mensura adhibenda sit. Cui dubitationi affirmatè respondemus: oportet enim eis attribui durationem successiuam continuam, & spiritalem; ac proinde tempus quoddam diuersæ rationis ab eo, quo motus Phisici mensurantur. Quin verò si de supernaturalis, & diuini ordinis formis sermo sit, & eæ, quod fieri potest, per continuam successionem, atque ad eò per motum diuinitus infundantur, concedendum erit dari adhuc tempus aliud, quod eum motum dimetiatur. Etenim tanta distinctionis latitudo, quanta inter res corporeas & immateriales; & inter res diuini, & naturalis ordinis intercedit, non potest non aliam durationē, diuersamque sui esse mensuram vindicare.

Mensura motuum spiritualium.

Mensura motuum spiritualium supernaturalis, & diuini ordinis.

Sed illud præterea aduertendum est; plures intelligendi seu volendi actus eiusdem Angeli, quorum vnus alteri succedit, dupliciter spectari posse: vel ita vt vna aliqua ipsorum collectio sumatur; vel vt singuli per se, ac seorsim expendantur. Igitur duratio totius collectionis appellatur tempus discretum. Tempus, quia cernitur in ea prius & posterius, quatenus ex huiusmodi actibus alij præeunt, alij subsequuntur: discretum, quia prædicti actus non continuè, sed discretè sibi inuicem succedunt. Si vero singulatim considerentur duratio vniuscuiusque dicitur instans temporis discreti, siue momentanea sit, siue non, modo hæc sit vniformis. Vnde non erit difficile

Tempus discretum.

Instantia temporis discreti.

videre

De tempore angelorum in minutis. Aug. 8. in genesi. c. 2. & 12. de ciuit. Dei. c. 17. De tempore discreti D. Th. 1. sent. d. 37. q. 4. ar. 3. & q. 1. 10. ar. 4. 5. B. nau. in 1. d. 37. Hen. 1. c. 13. quodl. 1. q. 13. Duran. in 2. d. 2. Aeg. d. 19. in tract. de mensura angel.



Discrimina  
inter tempus  
continuum,  
& discretum.

videre quantum inter tempus discretum, & continuum sit discrimi-  
nis. Illud enim ex solis constat instantibus; hoc etiam ex partibus  
continuè fluentibus; illud metitur actiones discretas; hoc conti-  
nuum motum; illius instantia interdum insectilia sunt, interdum  
non, siquidem potest Angelus eum intelligendi actum, quem in  
hoc instanti elicuit, vel immediatè post inhibere, vel tota hora con-  
tinuare; at instantia temporis continui carent omnino partibus,  
quia raptim fluunt, & immediatè post euanciscunt, vt mutata esse,  
quorum sunt mensuræ.

Instantia na-  
turæ.

Postremò nec illud ignorandum est præter instantia temporis  
esse alia, quæ instantia naturæ dici consueuerunt, quæ nihil aliud  
sunt, quam antegressiones quædam, quibus ea, quæ vt cunque ra-  
tionem, seu modum causæ habent, vel alijs supponuntur, effectus  
suos seu quasi effectus, præeunt, esto omnia simul in eodem pun-  
cto indiuisibili temporis esse incipiant aut conueniant. Quo pacto  
contingit in vnum, idemque tēporis instans includi multa naturæ  
instantia: ratione quorum alia priora, alia posteriora natura voca-  
mus, verbi gratia, eodem momento temporis Petrus est substantia,  
est corpus, est viuens, est animal, est homo, est denique Petrus. Ve-  
rùm quia ex his prædicatis, vt quodque altius eminent, ita est causa  
inferioris, fit inde vt quodlibet in suo instanti naturæ præeat sibi  
inferius, ac priùs etiam, quàm illud, Petro cōpetat. Vnde patet in  
eo temporis instanti, quo Petrus genitus est, tot concurrisse instan-  
tia naturæ ratione prædicatorum, quæ sibi in recta serie vendicat;  
quot ei superiora prædicata conueniunt. Et verò si natiuas cuiusque  
rei proprietates consideremus, cum subiectum, earum fons, & causa  
sit; & aliæ aliarum interuentu oriantur, vt docet D. Thomas 1. p. q.  
77. ar. 6. & 7. hîc etiam multa naturæ instantia in vno temporis mo-  
mento inueniemus: ipsum nanque subiectum priùs natura est, quam  
proprietates; & ex his vnaquæque naturæ ordine antecedit eam,  
quæ ipsius interiectu dimanat, vt facultas cognoscēdi appetēdi vim.

Eodem instā  
ti tēporis cō-  
currunt mul-  
ta naturæ in-  
stantia.

Obiect.

At obijciat tamen aliquis. Si Socrates sit priùs animal, quàm ra-  
tionis particeps, sequi in aliquo instanti existere Socratem, nec ta-  
men in eo esse hominem, quod nemo dixerit. Sed negandum est se-  
qui id. Etenim vt annotauit Durād. in 2. d. 1. q. 2. ex instantibus na-  
turæ non rectè arguitur existere vnum sine alio; cum eiusmodi in-  
stantia non sint mensuræ durationum; sed potius signa quædam in-  
dicantia non pendere vnum ab altero, posse vnum præconcipi sine  
altero, vt substantiam sine corpore, corpus sine viuente, particeps  
rationis sine Socrate.

Dilut.

Haud nos præterit Theologorum nonnullos vt Scotum, Ocha-  
mum, & Durandum in 2. d. 2. aliter durationum mēsuras distribuere,  
aduersus quos disputare in præsentī super sedemus, ne dum men-  
suras durationum quærimus, libri mensuram excedamus.

De antegres-  
sione instan-  
tium naturæ  
Capr. in 3. d.  
24. q. vnica ad  
calcem art. 3.  
Scotus 8. Me-  
taph. q. 4.

Nonnulli  
quos refert  
Capr. in 2. d.  
25. q. 1. ar. 3. ad  
arg. Scoti cō-  
tra 2. cōcl. ne-  
gāt istiusmo-  
di signa.

## QVARTI LIBRI FINIS.